non adhibuerit. e. ff. ſi quadru. pau. fe. di. l. j. & l. fin. ſʒ
Guil. & Innocen. & Oſtien. qui predicta dubia ſupe
rius conſcripta tangunt in preal. c. ad audientiaʒ. de
homici. & in vlti. glo. iſtius. c. in fi. Tradit Oſti. duas
regulas circa irregularitatem. vna eſt quod in dubio
nec magiſter nec iudex debet aliquem iudicare irre
gularem. de peni. di. j. §. pene. ff. de penis. interpreta
tione. & l. ſi preſes. Secunda eſt ꝙ in dubio ſe vnuſ
quiſqʒ debet irregularem reputare. ca. eorum que le
guntur. & no. preal. c. ad audientiam. de homici. Iteʒ
non ſolum quis eſt irregularis: ſi ex eius percuſſione
aliquis interijt: verum etiam ſi ex hoc infirmitatem
contraxerit, vnde mortuus eſt. extra eo. ti. c. preſbyte
rum. c. ad audientiam. & l. diſt. ſtudeat. extra de cleri.
percuſ. c. ij. Item tenuit Guil. ꝙ ſi quis ſe in ineuita
bili caſu defendat: & homicidium committit irregu
laris eſt. ſed iſtud hodie corrigitur extra in clemẽ. de
homici. ſi furioſus. per quod. c. determinatur que no.
extra eo. ti. c. ij. & c. ſicut dignum. in fi magne gl. Itẽ
ſi potui hominem liberare a morte: & non libero: nõ
ſum irregularis: niſi ſim in poteſtate iudiciaria con
ſtitutus. de hoc vide quod legitur. & no. xxiij. q. iij. nõ
in inferẽda. lxxxiij. di. §. j. ff. de libe. agno. necare. extra
de ſen. excom. quante. & c. dilecto. vj. lib. facit pro hoc
quod dico. xxiij. q. iiij. forte. no. etiam cauſa. e. & q. iij.
oſtendit. Si autem retraho te volentem liberare ho
minem a morte iniuſta: irregularis ſum. qꝛ quodam
modo homicidium committo directe. de pe. di. j. peri
culoſe. l. di. ſi quis viduam. facit preal. c. oſtendit. Il
lud etiam notandum, ꝙ ſi quis occidendi animo, ꝑ
cuſſit latronem: non tamen letaliter: Latro autem ex
aliorum vulnere perijt: irregularis eſt. vt colligit ex
tra de homici. ſignificaſti. ij. rñ. j. Idem eſt etiaʒ ſi nõ
percuſſit: ſed aliquid operis impendit in mortẽ eius:
puta qꝛ latronem detinuit: vel contra eum clamauit:
vel huiuſmodi. alias autem ſi clamaſſet contra eum:
non in mortem eius: ſed quod caperetur: vel detinuit
eum: vel leuem ictum dedit: irregularis non eſt. ſm
Inno. c. preal. c. ſignificaſti. etiam ſi ab alijs occida
tur. in quibus verbis bene intellectis dñs Inno. ve
re ſibi contrarius eſt. In hoc enim videtur eſſe ius: ꝙ
nec auxilium det in mortem alicuius aperte: nec etiã
ſit in neglectu. qꝛ ſi culpa eius vel malitia homicidiũ
perpetretur: irregularis fit. & idem ſi eius negligen
tia committitur. l. di. hi qui. extra de homici. petrus.
Et ideo ſiue clamat contra latronem: ſiue euʒ capiat:
ſeu quocunqʒ alio modo potuit intelligere ex clamo
re vel alio actu ſuo homicidium poſſe ſequi: irregula
ris eſt. niſi forte faciat propter periculum corporis ſui.
vt ſi timet ꝙ aliquis eum occidere velit. tunc eniʒ be
ne poteſt inuocare & clamare pro auxilio. qꝛ non intẽ
dit in aliorum mortem: ſed in ſuam liberationeʒ. Et
preterea liberat a peccato animam volentis eum oc
cidere. ſecus ſi faciat hoc propter periculum rerum:
vel ſi fuge preſidio euadere poteſt. e. ti. ſuſcepimus. ſʒ
Guil. Itẽ ſi clericus non valens recuperare res ſuas:
tenet furem ne cuʒ rebus fugiat. donec eum exhibeat
iudici: vel eius auxilium inuocet ad res ſuas recupe
randas: non eſt irregularis: licet fur a iudice poſtea
corporaliter puniatur. quod verum eſt hodie prote
ſtatione premiſſa: ꝙ ad vindictam ſanguinis non in
tendit. extra de homici. prelatis. lib. vj. ipſa enim liga
tio, ſiue captio, ſine ſanguinis effuſione licita eſt. extra

Notatur Innocentius.

de homici. c. j. xxiij. q. vj. ſi res. extra de homici. c. ij. ex
tra de rap. in archiepiſcopatu. §. j. in fi. extra de homi
ci. tua. §. ad vlti. ſm Inno. & Oſtien. qui ſic no. eo. ti.
ſuſcepimus. vnde ſi clericus tradit iudici aut poteſta
ti furem vel latronem: petens ꝙ euʒ puniat citra ſan
guinis effuſionem: vel petens rem ſibi ſubtractaʒ re
ſtitui: cum proteſtationem premiſſa: licet iudex in eũ
animaduerterit: non propter hoc clericus fit irregu
laris: nec ei nocet, ſi ad conuincendum latronem: tra
diderit inſignia. Et idem eſt ſi de iniuriantibus ſibi
vel eccleſie ſue deponit querelam: quamuis tales vix
abſqʒ ſanguinis effuſione valeant coarctari. extra eo.
ti. tua nos. §. ad vltimum. & c. poſtulaſti. xxiij. q. iij. ma
ximianus. & q. v. c. j. & c. vnum. c. pena. & c. ff. de bo. li
ber. qui quum maior. §. j. proteſtatione premiſſa. vt
preal. c. prelatis. ad idem extra de rap. in archiepãtu.
extra de iudi. quum non ab homine. extra de verbo.
ſig. nouimus. extra de hereti. excommunicamus. ij. §.
penul. de apoſta. a nobis. xxiij. q. v. non vos. Et ſunt
hic in argumentum nullius irregularitatis notam
incurrere eum qui per executores alicuius curie pro
curauit aliquem capi, propter aliquod delictum: pro
pter quod nec mori nec mutilari debuiſſet: licet iu
dex alia inueniens ſuſpenderet eum. non conſulo ta
men alicui hoc facere: niſi propter emendam ſuã aut
reſtitutionem rei ſue. vt innuit preal. c. prelatis. Si iu
dex vel officialis inſequitur latronem: & querit a me:
vbi eſt: & capitur & occiditur: irregularis ſum. qꝛ facto
meo mortuus eſt. l. diſt. ſi quis viduam. Si autem q̃
ritur latro: & non poteſt fugere niſi per alterã de dua
bus vijs: & dico ꝙ per hanc non fugit: ſciens euʒ per
alteram fugere: Idem ſi non ſciam: irregularis ſum.
qꝛ dicendo ipſum non per hanc viam fugere, impli
co eum per aliam fugere. c. extra de preſump. nonne.
tacendum eſt ergo vel curaliter querentem oportet
eludere. xliiij. di. in mandatis. faciunt que no. xxij. q.
ij. ne quis. Itẽ ſi agenti ad res ſuas ex poſt facto pla
cet ꝙ latro ſuſpenſus eſt: & ratum habet: irregularis
eſt. ſm Oſtien. extra de reſti. ſpo. cum ad ſedem. in fi.
Sed ſalua gratia ſua groſſe locutus eſt: qꝛ ratihabi
tio vel complacentia non inducit irregularitatẽ: vbi
nullus conſenſus vel cooperatio vel exhortatio pre
ceſſit: nec eius nomine factum eſt. c. ff. manda. ſi vero.
§. ſi poſt. peccatum enim quod ſola voluntate cõmit
titur: contraria aboletur. c. extra de ſimo. c. fi. ff. de re
gu. iu. nihil tam naturale. extra eo. ti. c. j. Et qꝛ de ſola
nuda voluntate non tenetur ſe purgare. no. j. q. iiij. qꝛ
preſulatus. & extra de homici. petrus. Preterea nec
ratum habere poteſt quod nomine ſuo geſtum non
fuit. expreſſum hodie extra de ſen. excom. quum quis
lib. vj. & extra de reg. iur. ratum. lib. vj. Irregularitas
enim ratione homicidij non contrahitur ſola volun
tate: niſi homo actu occidatur: vt extra de homici. ſi
cut dignum. §. illi autem. in quo. §. non fuit ſolus ani
mus: ſed actus exterior veniendi. xv. q. j. ſi quis non
iratus. Sed nec fit aliquis irregularis propter ſoluʒ
homicidium: niſi culpa vel voluntas preceſſerit: vel
alias inde ſequatur ſcandalum. l. di. hi qui. c. extra de
homici. ex literis. de cleri. egro. tua. Si autem in rixa
quis mortuus eſt: neſcit tñ quis illum interfecit: oẽs
cenſendi ſunt irregulares: & ab ordinibus repellẽdi.
qꝛ oẽs cenſentur homicide: ſaltem quoad promotio
nem: ꝑꝑ incertitudineʒ. xxiij. q. vlti. c. vlti. ff. ad. l. agl.
item mela. §. ſi plures. & hoc tenet Io. predi. c. vlti. &
hoc ſi oẽs percuſſerunt: ſi aũt aliquis non ꝑcuſſit: ſue
eſt conſcientie relinquendũ. ſm Oſtien. qui de hoc

Sugillat Oſtiẽſis.

no.in ſumma de homici.§.qua pena. verſi. ſed numquid. ꝙ irregulares omnes ſint.facit.lj.di. aliquantos.⁊.c.ſi quis.extra de cleri.percuſ.c.continẽtia. Si amici tui occidunt aliquem tibi iniuriantem, te inuito:⁊ contra tuam prohibitionem : non nocet tibi.vt extra de homi.petrus.⁊.j.q.iiij.quia preſulatus. Idẽ eſt ſi te ignorante. c. extra de ſimo.a nobis. ⁊.c. ſicut nobis.⁊.c.de regularibus. Sed ſi voluntas turbata fuit:puta quia nec conſenſiſti expreſſe :nec contradixiſti:tibi imputatur. ca.extra de ſimo.mattheus.immo etiam ſi ſciens tractatum de morte alicuius habitum:non reuelaui:non ſum irregularis.quia homicidium non commiſi:facto,mandato,cõſilio, vel defenſione.l.di.ſi quis viduam.⁊ in preal.c.petrus.Si aliquis vadit ad interficiendum aliquem: ⁊ tu eum ſcienter aſſocias : non eum incitans ad homicidiuꝫ: nec cum eo ſuper hoc aliqua verba habuiſti:vel ſi habuiſti:ſemper ei diſſuaſiſti:ſed quum tibi nollet acqeſcere:timens de ipſo, eum aſſocias:eo propoſito vt ſi forte aliquis eum inſequeretur,eum defendas:etiam ſi ſic homicidium perpetrat,irregularis es. ſecundũ Oſtien.vt eo.ti.ſicut diguum.§.illi.⁊.§.fi. Item clericus arma miniſtrans,ſi aliquis interficiatur : irregularis eſt.c.xxiij.q.vlti.c.fi. nomine autem armorũ fuſtes ⁊ lapides intelliguntur.ff.de verbor.ſigni.armorum. facit quod legitur.⁊ no.extra de iudeis.ita. Poſſunt milites ⁊ alios clerici inducere ad pugnãdum pro defenſione eccleſie:vel fidei: vel reipublice: ⁊ ſi aliqui ibi interficiantur:⁊ etiam ſi preſentes ſunt clerici:non ſunt irregulares.no.xxiij.q.iij. maximianus.no.ſecundum Inno.extra de reſti.ſpo. olim cauſam.facit.xxiij.q.viij.vt pridem. nota ſecundũ Oſti. in ſumma de homici.in.§.qua pena.verſi.illud vero. ⁊ ſeq. Et breuiter teneas ꝙ eccleſiaſticus iudex poteſt hortari brachium ſeculare contra violentos:vel hereticos,vel paganos:non vt occidat, vel mutilet: ſed vt de terris fidelium expellantur:⁊ de ſuis,ſi fideles impugnant : nec eſt irregularis : licet aliqui ſint hinc inde occiſi.xxiij.q.v.de occidendis. ⁊ in preallꝰ. c.maximianus.Et no.Inno.extra de homi.petitio. ꝙ licet aliquis in bello iuſto percuſſerit:ſi tamen nullus inde mortuus ſit:nõ fit ex hoc irregularis.vt ibi probatur. licet enim ibi de percuſſione queſitum fuerit:non tamen reſpondet de hoc:ſed de interfectione. In bello autem iniuſto:quicunqꝫ auxilium vel conſiliũ dederit in mortẽ alterius:vel ſi culpabilis vel negligens fuerit:⁊ ex hoc eſt mors ſecuta:irregularis fit di.l.quantum.c.ſepe.c.ſi duo.vnde euntes ad bellum iniuſtum, ſiue preſtent ſuis fauorem.puta qꝛ ledunt ſeuerius inimicos: ſiue terrorem incutiant aduerſarijs:ſcilicet ꝙ fugiant,vel timeant ſe defendere:vel ꝙ inimici eorum ſtupefacti eos deſerant:ſi exinde ſequatur mors:irregulares ſunt. Si vero quis accedit ad iniuſtum bellum,cauſa pacificandi:vel alia iuſta cauſa:licet ex eius preſentia aliquod robur accreſcat ſuis vel timor incutiatur aduerſarijs: non eſt ei imputandum: dummodo ⁊ de ijs lata negligentia abſit omnino.c.a contrario ſenſo.in preal.c.quantum.⁊ extra de homici.preſbyterum.xxiij.q.v.de occidendis. extra de tornea.c.ij. Poteſt etiam dici ſꝫ Guillꝰ.dur. ꝙ clericus qui cum armis vel ſine armis intereſt in bello iuſto:ſaluo eo quod dictum eſt.ſ.e. verſic. poſſunt. cum verſic.ſeq. vel in iniuſto in quo aliqui interfecti ſunt:irregularis eſt:licet ipſe non occidit. Idem dico de ſeculari: ꝙ ſiue interſit iuſto vel iniuſto bello : vbi aliqui interficiuntur: irregularis eſt:nec poterit promoueri.de hoc.lj.diſtinct.ſi quis poſt.xvj.q.iij.porro xxiij.q.vlti.quicunqꝫ ex clero.nec refert quantum ad irregularitatem, vtrum quis iuſto an iniuſto bello interſit.quia ita eſt irregularis qui iuſte interficit:vel conſilium,vel auxilium,vel fauorem preſtat:vel in lata negligentia eſt in morte alicuius: ſicut qui iniuſte interficit.legitur ⁊ no.lj.diſtinc.c.j.in glo.quicunque c.ſi quis poſt.extra de cleri.percuſ.preſentium. ⁊.c.ſi. expreſſum.quia talis irregularitas iuſte interficiendo,fundata eſt in defectu:non peccato.vt.ſ. in princ. iſtius materie dictum eſt. Nec videri poteſt ꝙ aliqs interſit bellis:⁊ non det opem aliquam ſaltem adſiſtendo:vel hoſtes terrendo:vel cuneum augendo: cõſilium,auxilium,vel fauorem:propter quod eſt irregularis.lj.diſtinc.ſi quis viduam.⁊ extra de homici. ſicut dignum. vnde etiam clericus proijciens lapides in conflictu, etiam ex parte illorum qui violentiam repellunt:irregularis eſt:ſi ab alijs ſint hinc inde aliqui occiſi:licet ipſe nullum percuſſit.vt pre.c.penul.⁊ vltra de cleri.percuſ.Clericus etiam non debet preponi bellis:nec ruptarijs:nec balliſtarijs:nec huiuſmodi viris ſanguinum. extra ne cleri. vel mona. ſententiam.Tamen iuſto bello,quod non ad occidẽdum : vel occidendum ſi reſiſtant.j.e.ver.eodem.ſed ad defendendum ſeu recuperandum ſua,geritur:preponi poteſt: non vt poſſit directe predictis viris ſanguinum preeſſe: ſed vt reſpondeat militibus:⁊ ſumptus miniſtret:tractatus teneat:ſententiam proferat ⁊ negotia cuncta diſponat : ſicut faciunt rectores ⁊ officiales eccleſie in terris temporaliter ſubiectis eccleſie.ſic etiam tenet Innoc.preal.c.olim cauſam. de reſti.ſpo. Poteſt etiam clericus intereſſe iuſto bello. xxiij.q.iij.maximianus.⁊.q.viij. hortatu. non iniuſto.extra de homici.ſicut.ff.ad.l.aquil.item mela.§.⁊ iteꝫ.⁊ hortari:⁊ dicere:viriliter pugnate,⁊ capite.nõ dico occidite.⁊ hoc prius q̃ꝫ veniatur ad aetum : ſeu percuſſiones.nec obſtat extra de homic.ca.j. quia ibi aliquos percuſſerat.bello autem iam omiſſo incitãs alium ad percutiendum aliquem alium,ſi ſic percuſſus obierit:irregularis eſt: maxime ſi bellum ſit iniuſtum.extra de penis.quod in dubijs.no.etiam de hoc per Inno.extra de ſent.excommu.dilecto.li.vj.idem eſt ſi generaliter ſeu communiter ſuper bellatores acclamauerit,dicens:viriliter pugnate:vel date illis:vel ſimilia.vnde quicquid dicatur:teneas ꝙ quantumcunqꝫ ſit bellum iuſtum: etſi liceat clericis temporalem iuriſditionem habentibus pro defenſione vel recuperatione iurium eccleſie bellum indicere:⁊ hortari ad pugnam,anteq̃ꝫ veniatur ad ipſam:ſi tamẽ clericus poſtq̃ꝫ peruenitur ad pugnam:ad impugnandum alios, perſonam ſuam exhibeat : ⁊ ex facto vel verbo ſuo contingat fieri homicidium,vel mutilationem membroruꝫ:irregularis eſt.vt patet in eo quod legitur.⁊ no.extra de homici.ſuſcepimus.extra de cleri.pug.in du.c.ij.§.fi.⁊ de cle.ex.mi.c.ij.ſm Oſtien. g ita no. in preal.c.quod in dubijs.extra de penis. Per predicta non video quomodo prelati ⁊ clerici hiſpaniarum ſe ab irregularitate valeant excuſare:qui contra ſaracenos nedum faciunt bellum cum gentibus ſuis:⁊ hortantur generaliter chriſtianos ad pugnãdum contra eos:ſed ⁊ ipſi in bellis interſunt : ⁊ ſpecialiter ad pugnandum ⁊ feriendum hortãtur alios: ⁊ ipſi pugnant ſicut alij ſeculares viriliter cõtra eos: feriunt:⁊ occidunt: nec de irregularitate aliquam ſibi faciunt conſcientiam:immo magnuꝫ credunt: ſed non ſecundum ſcientiam. Rom.x.xv.q.j.§.j. ex hoc,

Hiſpani p̃lati militie vacantes.

chriſto ſacrificium ⁊ alij ſicut iudei interficientes diſcipulos chriſti.Joan.xv.exhibere. contra quos expreſſe faciunt iura pre.⁊ expreſſius.lj.di.c.j.quod loquitur contra hiſpanos.l.di.clericum.qui paganum.xxiij.q.vlti.c.ij.⁊.iij.⁊.§.his ita.⁊.§.in regiſtro.c.repͤhenſibile.c.ſi in mortem.c.cōuenior.c.ſepe principes.c.his a quibus.extra de cleri.percuſ.c.penulti.⁊ vlti.extra de vo.⁊ vo.redē.ex multa.§.fin. Si clericus in bello iuſto miniſtrat balliſtas ſeu ſagittas ad ſui defenſionem: ⁊ ille cui miniſtrat poſtmodum aliquem interficit: ſi non intendat dans ꝙ balliſtarius aliquem interficiat:ſeu interficere velit: ſed ꝙ illos terreat:vel ſe vel ſua defendat,vel recuperet.non eſt irregularis,quod proſequitur vt no.Inno.extra ne cleri.vel mona.ſententiam.Eodem modo non dicimus irregularem illum qui in bello iuſto prepoſitus eſt exercitui:vt ſumptus faciat:⁊ cuncta diſponat:ſi forte precipiat lanceas vel ſagittas emi ⁊ miniſtrari:vel ad exercitum vel ad cuſtodiam caſtri vti:vel ſi hortatur ad currendum poſt hoſtes:vt eis preda hominū vel animalium auferatur: ſi forte tunc aliquis interficiatur. dummodo ſolum intenderit ad recuperationem prede:non ad vindictam.talis enim cauſa remota non nocet.c.xxiij. q̄.v.de occidendis.ſecundum Guill.Inno.⁊ Oſtien.qui de hoc no.in preall.c.ſententiam. Sacerdos etiam vel clericus in duello pugnans,irregularis eſt.ſed ſi mors vel mutilatio mēbri non fuerit ſubſecuta: poterit cum eo ſuus epiſcopus diſpenſare: impoſita ſibi penitentia de peccato. extra de cor.vi.c.j.⁊.ij.⁊ de cleri.pug.in duel.ca.ij. Si aliquis abortiuum viuificatum procurat occidi: vel cauſam preſtat:irregularis eſt.extra de homici.ſi alicuius.ij.q.v.conſuluiſti. Si dubitatur an de illa percuſſione fecerit abortiuum mulier:vel an ſit viuificatus in dubio abſtineat.extra de homici. ad audientiam.Si leuem aut temerariam habet conſcientiam: deponat eam:alias contra conſcientiam non promoueatur.extra de ſimo.per tuas.ij.extra de ſen. excom. inquiſitioni.Si aliquis mori timens,velit aufugere ⁊ alius promittit ei pacem:⁊ ei conſulit ꝙ nō vadat: ⁊ iſte propter talem promiſſionez ſtetit:⁊ interfectus eſt in loco vbi mori timebat: ⁊ non temere promiſſa fuit ſecuritas:irregularis eſt promittens, quia in culpa fuit promittendo quod facere non poterat.Secus ſi promittens habebat probabilem firmitatem poſſe firmiter complere quod promiſit:puta quia habebat in eos qui interficere querebant illum , patriam vel dominicam poteſtatem:aut ita erant ſibi affinitate vel conſanguinitate vel amicitia coniuncti:ꝙ poſſet eos a tali propoſito remouere.c.pro hoc.xxiij.q.v. de occidendis.Filij beneficiati vel feudatarij eccleſie perſonam ipſius eccleſie interficientes : irregulares ſunt: ⁊ non poſſunt vſq; ad quartam generationem in clericos promoueri.extra de penis.in quibuſdam. Item ſi litere preſentantur alicui principi vel iudici: ꝙ talem homicidaz qui in tali hoſpitio moratur,capiat ⁊ ſuſpendat:princeps literas tradit cuidam clerico ꝙ eas aperiat ⁊ legat ſibi:quod ⁊ facit: ⁊ ille homicida capitur:⁊ ſuſpenditur:clericus legens irregularis eſt.ſicut reſponſum fuit per dominum clemē.papam.iiij. quia ex illa litera lecta homicidium ſecutuz fuit. nec prodeſt ſi dicat ſe ignoraſſe. q; ipſam primo ſibi legere debuit.quod ⁊ ſi non fecit:tamen quācito peruenit ad captionem,debuit ſiſtere: ⁊ literaz domino reddere:ac ſi ei diceret,ꝙ talem literam legere nō erat ſui officij c.extra.ſ̄.de homici.ſicut dignum.⁊ ex ne cleri.vel mona.ſecundum Oſtien.qui ita no.eo.ti. ſententiam.

Cuius ſit cū irregulari diſpēſare.

Quando autem,⁊ per quem poſſit circa irregularitatem homicidij diſpenſari : videndum eſt.ſuper quo notandum eſt ꝙ cum aliquibus ex predictis irregularibus ſolus papa diſpenſat:⁊ cum aliquibus epiſcopi.vt extra de homici.continebatur.⁊ ca.ad audientiam. Si igitur quis occidendi animo aliquem vulnerauerit : licet vulneratus non fuerit mortuus:vel membruz perdiderit:tamen percutiēs irregularis eſt:⁊ epiſcopus poteſt diſpenſare cum illo:ſicut etiam vindicatione vindicte ſanguinis:ſi nō peruenitur ad membri detruncationem.extra de homici.petitio.de cle.pu.in du.c.j.extra ne cleri.vel mona.ſententiam.ſi vero peruentum fuerit ad membri detruncationem,abſq; homicidio:ſolus papa diſpenſat.extra de cor.vi.c.j.de homici.cle.ergo preſbyterū.

Neceſſitas duplex

Circa homicidium neceſſitatis ⁊ euitabilis, dicendum eſt ꝙ talis ad ſuperiores ordines non aſcēdet : ſed per Papam diſpenſatur : alias in ſuſceptis non miniſtrabit.l.di.de his clericis.j.⁊.ij. In homicidio autem ineuitabilis neceſſitatis , non eſt diſpenſatio neceſſaria:q; nec talis irregularis eſt.extra de homici.ſi furioſus.in clemen. Nec homicidio caſuali.⁊ ſi dabat operam rei illicite:⁊ adhibuit diligentiā quaz debuit.extra de homici.lator.⁊.c.ex literis.ij.⁊.c.ſequen.⁊.c.ioannes.⁊.c.ſi. Infans autem vel furioſus committens homicidium,non eſt irregularis. vt in preal.c.in clemen.ſi furioſus.Quando autez per ingreſſum religionis tollatur irregularitas no.extra de apoſta.c.ij. Vltimo nota ꝙ homicidium ante baptiſmum ſiue ex officio ſiue ex voluntate commiſſuz.non facit irregularitatem.xxvj.di.de iude.vbi de hoc lj.di.aliquantos ex his qui poſt baptiſmum.ergo ſecus ante.⁊ ita ibi no.in gloſ.j.⁊.ca.ſi quis poſt acceptum baptiſmum.ergo ſecus ante.l.diſt.ſi quis poſt remiſſionem.ſecundum vnam lecturam.j.baptiſma: ſecundum gl.ergo ſecus ante.⁊.l.di.ſi quis uiduam. ibi.poſt baptiſmum.ergo ſecus ante.Sed Innoc.⁊ Oſtien.tenent cum Bar.ꝙ homicidium quantumcunq; ex officio ⁊ ſine peccato per iudicem irregularitatem facit:que non tollitur per baptiſma.vt no.in preal.c.ſi quis viduam.⁊.lj.diſtinct.in ſumma.vt no. extra de diuor.gaudemus.in glo.ſi.⁊ Oſtien. in ſumma de homici.§.qua pena.ver.⁊ ſi opponas.Sed idē Inno.no.contra hoc extra de homici. preſbyterum. ⁊ hoc teneo:q; hoc tenet curia romana:vt no. Archidia.dn̄s meus.lj.diſt. in ſumma.Et vere ſaluo tanto dn̄o, dn̄s Oſtien.in pre.§.qua pena.pinguem habuit intellectum,dicendo ꝙ infidelis iudex:quia in eo nō cadit iuriſditio:peccat iuſtitiam exercendo. ⁊ ideo illa irregularitas tollitur per baptiſmum . Sed ſecus in illo qui obedit ei : quia iſte non peccat. ⁊ ideo iſta irregularitas non tollitur per baptiſmum: q; eſto ꝙ apud infideles vera iuriſdictio non ſit.ſicut in principio iſtius operis latius diſputaui.⁊ no. extra de elec. venerabilem.in gl.ſic ergo.licet vehementer contradicat.xxiij.q.iiij.queſitum. in eo tamen ꝙ iuſte iudicauit:non peccauit: licet meritum non habeat : quia infidelis:non eſt expreſſum.xxiij.q.j.§.ex his. item ⁊ ſi ille peccaſſet:executor exequendo quod nō debuit. vt eſt expreſſum extra de tempo.ordi.dilectus.ibi: Ipſi obtemperare non debuit in hac parte. cū cōcor.ibi poſitis.

Taxatur Oſtien.

Multe autem ſunt alie irregularitates in iure ſcripte:⁊ per doctores tacte diſperſim quarū etiaz aliquas hic recolligo. Et ſiquidem irregulares ſunt neophyti.xlviij diſt.c.j.⁊.ij.l.di.c.j. Nouitius in ab-

Irregularitates alie

batem non eligitur.xli.diſt.neophytus,alias.eſt in.§.
⁊ his omnibus, extra de elec.cum in magiſtrum. ex̃
de elec.nullus.lib.vi.Uxoratus non poteſt ſine licen
tia vxoris vouentis continentiam promoueri.extra
de conuer.coniug.coniugatas.xxxi.diſt.vt lex.lxxvij.
di.epiſcopus benedictionem. Clericus ludens cum
laico vnde mors ſecuta eſt:irregularis eſt,extra de ho
micidio.continebatur. defectus etatis ſcientie ⁊ mo
rum in epiſcopo preſbytero ⁊ alijs.extra de elec.cum
in cunctis.c.dudum.j.xxxviij.di.per totum. extra de
eta.⁊ quali.ex ratione.Eligens aliquem ſimoniace,
extra de elec.per inquiſitionem.Dans pecuniam vt
in monaſterio recipiatur.extra de ſta.regu.monachi.
§.ſi quis.⁊.§.ſi vero.ſm Jo.de deo.⁊ de ſimo.veniẽs
ſed contra videtur.j.q.ij.quam pio.in fi.ſed ibi cõce-
ditur recipi quod ſine pactione offertur.xviij.diſt.de
eulogijs.extra de ſimo.dilectus filius.j.Dans vene-
na ſterilitatis viro vel femine:irregularis eſt interp̃-
tatione iuris.xxxij.q.ij.aliqñ.extra de homici. ſi qs.
Ligans latronem:etſi per alium occidatur. extra de
homici.ſuſcepimus. quod qualiter intelligatur.s̃.in
iſta materia poſui.in ver.illud etiam notanduz. c.R.
ſeq.Auaritia magna impedit,lxxxv.di. archidiaco-
num.Nimia ſimplicitas impedit.xxxix.diſt.petrus.
xlvij.di.de petro.Contrahens in ſacro ordine irregu
laris eſt:donec cum eo diſpenſetur.extra qui cleri.vel
vo.c.ij.⁊.j.extra de cleri.con.ſane.ij.xxviij.di.preſby-
terum.⁊ nihilominus hodie excommunicatus.vt in
cle.de conſangui.⁊ affini.eos qui.Homicida caſualis
etiam dans operam rei licite.ſi non adhibet diligen
tiam quam debet.extra de homi.ex literis.⁊.c.dile-
ctus.⁊.c.tua.⁊.c.pen.⁊ vlti.Qui ſemel fuit hereticus
non diſpenſatur per papam.xij.di.nos conſuetudinẽ
j.q.j.quod quidam.⁊.q.vij.conuenientibus. Accuſa
tio criminalis.lxxxj.diſt.tãtis.Magna infamia.ex-
tra de accuſa.accedens.⁊.c.ep̃s.⁊ de ſimo. accuſatũ.
xxv.di.primum.extra de exceſ.prela.inter dilectos.
Dans pugilem qui mutilat vel occidit.de cleri.pug.
in duel.c.j.⁊.ij.Damnatus per ſententiam de pecca-
to criminali:licet egerit penitentiam:quuz remaneat
infamis.j.q.vij.c.i.⁊.c.ſi quis omnem.extra de tem-
po.ordi.c.fi. Laici de iure communi non eligunt ad
aliquam dignitatem.lv.di.hoc ad nos.⁊.c.ſeq.lxi.di.
c.j.ij.iij.⁊.iiij. Scrupulus conſcientie de ſimonia pre
lati impedit ad promouendum.extra de ſimo.p̃ tuas
ij.Lapſus ad ſuum ordinem reſtitutus.l.di.q̃ ſancti
tas tua.Exiſtens in minoribus ordinibus,non eli-
gitur in epiſcopum.lx.di.nullus.extra de elec.duduz.
j.Ordinatus ſub conditione non petendi beneficiũ
ſi preſentatur irregularis eſt.extra de ſimo.per tuas.
iij.⁊.c.pen.Reſiſtens predonibus, ⁊ aliquos vul ne
rans,ſi per alios tunc aliquis occidatur.extra de cle-
ri.percuſ.c.j.⁊ vlti.l.di.de his.Homicida preſumpti-
ue.lj.di.aliquantos.c.ſi quis poſt.liij.di.c.j.lv.di. pri-
ſcis.c.nullus.c.qui partem.Suſpectus de hereſi p̃us
q̃ ſe purget.de pur.ca.inter ſolicitudines.Facinoro-
ſus.illiteratus, bigamus:que virginem non eſt ſorti
tus vxorem. ab adoleſcentia in circo poſitus a ſorti-
legis.corpore vitiatus,ſeruilis vel originarie condi-
tionis.Curie obligatus:vel ratiocinijs,publice peni
tens,neophytus,hi caſus ſunt.lv.di.c.j.xxxiiij.di.pre
cipimus. Obligatus voto donec intret religionem.
extra de vo.per tuas.Intrinſeca , ⁊ extrinſeca dimi-
nutio:vt illiteratura ⁊ infamia.j.q i.§.ſi ergo.§. ecce.
c.viliſſimus.c.hi qui.Credentes ⁊ fautores epiſcopo
rum hereticorum.de here.excommunicamus.§.cre-
dentes.c.pen.⁊ vlt.Carens oculo,lv.di.ſi euãgelica[9]
Baptizatus pro egritudine.lvij.di.c.j.Filij raptorũ
monialium ⁊ vi oppreſſarum.j.q.vij.tali cum pre.§.
xxxvj.q.ij,eos,⁊.c.vlti.Incedens armatus ad necã
dum hominem:etiam ſi per alios:non per ſe quis ibi
occidatur,dans fauorem conſiliuz preceptum defen
ſionem perpetuo ſunt irregulares,extra de homic.ſi-
cut dignum.⁊ de cleri.pug.in du.c.ij.l.di.miror.xxiij.
q.j.c.pen.⁊ vlt.Filij, damnatoruz de crimine leſe ma
ieſtatis.vj.q.i.§.⁊ verum.Jurans q̃ non erit cleric[9]
xxij.q.iiij.§.vlt.lxxxv.di.archidiaconum. Ep̃s renũ
tians factus monachus.vij.q.j. hoc nequaq̃z.c. ſta-
tuimus.extra de renun.poſt tranſ.Damnatus de in-
iuria illata ratione eccleſie in pſona pape.xxiij.q.iiij.
guiliſarius. Imperitus medicus ſub quo periclitan
tur homines,extra de eta.ad aures.⁊ de hoc.s̃.latius
dixi.Dans vel promittens aliquid pro electione.j.q.
j.eos.⁊.q.vj.c.j.⁊.ij.viij.q.ij.illud.⁊.q.iij.talia.⁊.c.ar
taldus. Imperfecte recipiens manus impoſitionez
vel vnctionez.extra de ſacra.nõ ite.c.vlt. ⁊ ſacra vnc.
c.j.Habens filios naturales.⁊ qui non eſt literat[9] vel
catholicus vel legitime etatis.⁊ qui non eſt inſtruct[9]
in ordine clericali.in aut.de ſanctiſ.epiſ.§.j.ij.iij.⁊.iiij.
⁊.§.clericos autem.xxxiiij.diſt.precipimus. Contra
hens cum eiecta,vidua,meretrice,ancilla,vel cuz pu
blicis ſpectaculis mancipata.xxxiij.di.ſi quis viduã
l.diſt. ſi quis viduam. extra de biga.c.j.Ratiocinijs
obligatus.lxj.di.oſius.liij.di.c.j. extra de obli. ad ra.
c.j.Excommunicatus vſq̃z quo abſoluatur.xxiiij. q.
j.audiuimus extra de or.ab epiſcopo.qui reſi.c.ij. de
excep.c.inter.c.vlti.extra de ſenten.excom. cum illo-
rum.de elec.venerabilez.Clericus peregrinus. ex̃ de
cleri.pere.per totum.lxxij.diſt.per totum.xcviij. diſt.
per totum . Conſentiens electioni facte per laicum.
extra de electio.quiſquis. Publicus concubinarius
donec peniteat.⁊ ſecundum Oſtien.donec cum eo di
ſpenſetur.xxxij.di.verum.lxxxj.diſ.ſi qui clericorum.
extra de cohabi.cleri.⁊ mu.noſtra.c.fi.in auſ.de ſan-
ctiſ.epiſ.in princ. Monachus de facto contrahens.
xxvij.q.j.quotquot.c.monachus.c.vt lex.xxi.q.j.quo
modo.Obligans eccleſiam ſuam pro alienis debitis
extra de ſolu.c.ij. Percutiens grauidam aborſum vi
uificatum facientem.xxxij.qõ.ij.moyſes.extra de ho-
mici.ſicut ex literarum.Habens plura beneficia cum
cura ſine diſpenſatione.dudum.ij.de preben.cum iã-
dudum.Stans in habitu monachali vltra annum:
etiam ſine profeſſione expreſſa: non poterit in ſeculo
promoueri.extra de regula.ex parte.Depoſitus p̃ ſen
tentiam:niſi reſtituatur.xi.q.iij.epiſcopus preſbyter.
Femina qualitercunq̃z corrumpatur: inter virgines
non conſecratur.xxxij.q.v.ille.xv.q.i.c.vlti.xxvi. diſ.
acutius. Electus ſimoniace etiam ignoranter ineli-
gibilis eſt:quantum ad illud beneficiuz.extra d̃ elec.
ſuper eo.⁊.c.ſi alicuius.j.q.v.c.j.⁊.c.preſentium.extra
de ſimo.inſinuante.Ultores iniuriarum.xlvi.di.ſedi
tionarios.j.q.vij.ſi quis omnẽ.Clericus gubernans
naues ad pugnam:ſi inde mors ſequatur:vel mutila
tio.⁊ incitans ad bellum:vel etiam bellans.extra de
penis.quod in dubijs.Incaute occidens puerum di
ſcipline.extra de homici preſbyterum. Filij patrono
rum occidentium prelatos,extra de penis.in quibuſ
dam.Regularis ſine licentia abbatis promotus.ex̃
de tempo.ordi.ad aures. Promouens aliquez vno
die ad duos ſacros ordines:vel die q̃ nõ debuit.extra
de tempo.ordi.dilectus.⁊.c.cũ quidã.c.literas.c. con
ſultationem. Is cuius filius paruulus propter eius



incuriam

incuriam moritur.extra de peni. ⁊ remiſ. queſitum. Iniuſte ſine ſcriptis excommunicans.de ſenten.excommu.cum medicinalis.lib.vj. Judex aliquid faciens per gratiam vel per ſordem.extra de re iudi.cū eterni.lib.vj. Demoniaca vexatio.xxxiij.diſtinct.communiter.c.vſqꝫ.⁊.vij.q.ij.c.j.⁊.ij.hoc tamē ſcias, ꝙ demon cuiuſquam animam nequit intrare.nec.n.pars intrat partem: nec totus in totam. nec pars in totam,nec totus in partem : quum demon ⁊ anima ſit ſimplex:nec poſſit diuidi. Mirum autem non eſt ſpiritum malignum ſpiritui humano inſenſibiliter coniugari:⁊ occultam ſuadendi vim ad ea que libita ſunt exercere. eſt enim inter eos ſicut inter homines,quedam ſubſtantie ſpiritualis ſimilitudo atque affinitas.altrinſecus vero eos ſibi inſeri vel vniri:ita vt capax alter alterius eſſe poſſit : omnibus modis impoſſibile eſt.hoc namqꝫ ſolum deitati:que ſubſtantia incorporea.xxiiij.queſt.iij.c.penulti.verſi. antropomorphite.ſimplex qꝫ.extra de ſum.tri.c.j. in princ. natura eſt:veriſimiliter tribuetur. Nec obſtat de arreptitijs:qui non ſuas ſed illorum voces ⁊ geſtus voluntateſqꝫ depromunt, ꝙ non ita putandum eſt vt anime ipſius penetrantes ſubſtantiam: ⁊ velut vniti ei: ⁊ quodammodo induti ea : ſermones ac verba per os patientis emittant nullo namqꝫ modo iſtud ab eis fieri poſſe credendum eſt. Nec enim per aliquam anime diminutionem, ſed corporis debilitatem, hoc euenire manifeſta ratione deprehenditur. quum.ſ.in membris illis in quibus vigor aīe continetur immundus ſpiritus inſidens,eiſqꝫ importabile atqꝫ immenſum pondus imponens : obſcuritate teterrima,intellectuales eius obruit ⁊ intercipit ſenſus. Quod nonnunq̄ꝫ etiam vini febriſqꝫ vitio, ceu nimij frigoris,alijſqꝫ qualitatibus extrinſecus ſuperuenientibus videmus accidere.quod ne beato Job diabolus qui carnis acceperat poteſtatem moliretur inferre:precepto domini prohibetur,dicentis Job.j. Ecce trado eum in manus tuas.tantum animam illius cuſtodi. ſecundum aliam tranſlationem.i. tantummodo amentem eum ne facias:debilitato anime domicilio: ⁊ obruas intellectum ac ſapientiam reſiſtentis:principali.ſ. corde eius tuo pondere prefocato.ſecundum Joan.caſſi.qui ita no.in collatione Sereni de nobilitate aīe ⁊ nequitijs ſpiritualibus in lib. collationum:⁊ eſt collatio.vij. Item pp humorem melancholicum : vel alio iuſto dei iudicio nobis occulto:ex diuina permiſſione fatigare poteſt corpus ille immundus ſpiritus.quod(vt dicit Gelaſius)neceſſaria probatione videri poterit.vt ſ.carnes comedat indiſtincte.nam carnes melancholice:vt ſunt hircine,leporine, ⁊ hedine, ⁊ ſimiles, prouocant demones.vt.vij.q.ij.c.ij.legitur.⁊ no.ſicut econtrario iaſpides eos fugant.xxvj.q.vlti.c.vlti.non dicit ibi de iaſpidibus:ſed dicit ibi.c.Hieronymi. Demonium ſuſtinenti licet petras vel herbas habere ſine incantatione.ſed dicunt lapidarij ꝙ virtus iaſpidis eſt contra demones.de arreptitijs legitur ⁊ no. xxxiij. diſt. communiter. Epilepſis(vel latinius Epilepſia) irregularitatem etiam inducit.extra de elec. cum inter canonicos.Et ſcias ꝙ hec eſt duplex : vna que fit ex defectu medulle:⁊ talis patitur interlunium: ⁊ vocatur energuminus.qui qualiter liberetur vide de conſe.di.v.omni die.vbi de hoc legitur ⁊ no.xxiij.di.exorciſta. vbi no. vnde deſcendit energuimus ⁊ dicitur. vnde energuimini ſecundum illas duas gl.dicuntur lunatici:⁊ obſeſſi a demonibus. ⁊ dicuntur ab en ꝙ eſt in,⁊ erge ꝙ eſt labor,⁊ mene ꝙ eſt defect⁹,⁊ neos quod eſt mens:quaſi in defectu mentis laborantes. Secunda vocatur caduca cum videlicet cadit in terram ex perturbatione ſpiritualium:que curabilis eſt ⁊ talis debet per annuꝫ ab officio abſtinere.⁊ de hac quidem loquuntur canones.xxxiij. diſ.maritum.ca. communiter.vij.q.ij.c.j.perpenditur autem ꝙ nō ſit demoniaca paſſio:qꝛ quum cadit in terram:non loqtur ſicut demoniacus:nec voces confuſas cuꝫ ſpume iactatione emittit.c.preall.c.communiter.vij.q.ij.c.ij. Si ergo nō ceſſat paſſio:perpetuo a celebratione abſtinebit.alias autem poteſt.vt in.c. communiter.vij.q.ij.c.j. Porro etſi liberatus credatur:ſemper tū ſecū habebit ſocium vicini ſolaminis adiutorem. qui eo caſu deficiente miſſam conſummet.⁊.ij.q.j.nihil.c.illud.Corporis vitium in membris inſignibus.lv.di.c.j.⁊.ij.⁊.c.qui partem,⁊ tribus.c.ſeq.extra de cor.vi.c.ij.⁊.iij.Unde ſcienter ſe caſtrans deponitur.lv.di.ſi quis a medicis.⁊.c.prece.⁊ tribus.c.ſeq ſuper quo diſtingue.vt eo.ti.c.fi.⁊.lv.di.in ſumma. Periuriū voluntarium ⁊ offertorium extra de iureiur.querelam.⁊.c.tua.⁊ tales infames ſunt.xxij.q.v.ſi quis conuictus:Crimen vſurarum.xlvij.di.de petro.⁊.c.j.⁊.ij.ex̄ de vſuris.preterea.xiiij.q.iiij.ſi quis oblitus.⁊.c.quoniaꝫ.extra de exceſ.pre.inter dilectos.Excōicatio.extra de ſen.excom.cum illorum.c. monachi. Violatio autem minoris excommunicationis non deponit:ſꝫ impedit.extra de cleri.ex.mi.c.fi.diſpenſatur cum promoto. ⁊ hoc per ſolum papam. extra de elec. illa. ſm Guil.in repertorio.in rubrica he ſunt irregularitates in.§.attendendum.ver.violatio.ſed Jo.an.no. in p̄.c.de cleri.ex.ꝙ eṗs poteſt cum tali diſpenſare. Interdicti a papa poſiti violatio:vel eius ſententie malitioſa violatio. xj.q.iij.theogaldum.de exceſ.prela.tanta.ij.q.j.ſcelus.extra de poſtu. patet.⁊ per ſolum papam diſpenſatur.vt in.c.tanta.Seruitus.liiij.di.per totuꝫ ⁊ extra de ſeruis non ordi.per totum. Curie obligatus.lj.di.c.j.ij.⁊.iij.liij.di.c.j.extra de obli.ad ratio.c.j. in aut.de ſan.epiſ.§ j.⁊.iij. Infames etiam omnes irregulares ſunt.qꝛ promoueri non poſſunt ſine diſpēſatione.qꝛ ꝓmouēdi oportet ꝙ ſint bone fame. viij.q.j.licet.extra de exceſ.pre.inter.expreſſius.vj.q.j.infames.vbi multa genera infamium.de hoc.⁊ legitur ⁊ no.e.canſa.⁊.q.omnes vero. Eſt autem ſciendū qꝫ infamia eſt fame priuatio,fit autem fame priuatio,ꝑ capitis diminutionem:maiorem:⁊ mediam:non aūt per minimam.ff.de va.⁊ extra or.cog.l.pen.§.extimatio.Quid auteꝫ ſit fama:no.iij.q.vij.§.porro.extra ꝺ cohabi.cleri.veſtra.Eſt autem fama vt ibi nota.illeſe dignitatis ſtatus:vita ⁊ moribus comprobatus. vt in.l.pre.§.extimatio.Et ſm Tulliuꝫ: gloria que accipit pro fama:eſt alicui⁹ dicti vel facti magni frequēs fama cum laude. Irrogat autem infamia ex genere delicti:qn̄qꝫ ex genere facti.que omnia vide ⁊ exēplificant.vt in pre.§ porro. Repellunt autem infames ab ordi.vt dictum eſt.⁊.j.q.j.§.ecce ſi clericus.§. ſeq. ab officio ꝓcura.iudicis:aduocati:⁊ teſtis:⁊ a dignitate:⁊ generaliter a quolibet actu legitimo. iij.q. vij.c.j.⁊.§.tria.extra de teſti.ex parte.A preſbyteri.⁊.c.teſtimonium.⁊.c.licet.⁊ de teſti.co.preterea.de excep.c.j.⁊ de exceſ.pre.inter dilectos. Rū.poteſt.ſciſcitatus.C.de infami.l.vnica.lib.x.C.ꝺ dignitate.l.ij.li.xij. Remittitur autem infamia a principe ⁊ a ſenatu.⁊ eccleſia habet ſenatum.xvj.q.i.eccleſia.per priuilegiū.ff.ꝺ poſt.l.i.§.deinde.⁊ ſeq.extra de ſimo.ex diligenti.per eṗm qui ⁊ princeps eſt.xxxv.di.eccleſie.j.q.vij. con=

An mortaliū aīas cacodemones ingrediant.

Quo pacto quis a maligno vexet ſpū

Melancholic⁹ humor.

Iaſpidis natura.

Energumini qui.

Excōicationis violator.

Infamie deſcriptio

Fama qd

Infamia multifariā remittitur.

uenientibus,ver,item tharaſius.in caſibus in quib⁹ habet diſpenſare,vt no.ij.q.iij.§.hinc.ꝛ no.j.l.c.verſ. xxvj.ꝛ colligitur de hoc per Inno.ꝛ Oſtien.de re iudi.cum te.non.l.di.dño ſancto.xvj.q.j.eccleſia,extra de ſimo.inſinuatione. Item ſi maiori ꝗ̃ debeat quis ſubijcitur pene: vel ſi pro pecuniaria corporalis infligi.ff.de his qui no.l.quid ergo.§.pena grauior.ꝛ.ff. de penis.l.inde ſeruorum.§.vlti.ff.de decurio.l.ad tẽpus.ff.ad munici.l.ordine. Item per appellationem releuatur infamia: ſi appellans eam proſequatur.ff. de turpilia l.j.§.vlt.C.de tempo.ap.l.vlti.§.pen. Qualiter autem canonica infamia remittatur.no.vij.q.j. omnes leges. Sententia vero arbitrorum non infamat.ff.de his qui no.infa.quid ergo.§.ex compromiſſo.quod qualiter intelligatur no.extra de reſti.in integ.cauſa.gl.fi.vt autem ſuper hoc plenius informeris:nota qui ſunt infames.

## Quid ſit infames:ꝛ de multiplici infamie ſpecie. Cap. 49.

Infames qui ſint.

Sunt autem infames fures,homicide,ſacrilegi,raptores,venefici,periuri,ſortilegi,ꝛ eorũ conſultores,ſtatuta eccleſiaſtica cõtemnentes. Normã legis chriſtiane abijcientes,capitalib⁹ criminibus irretiti,ambitioſi,res eccleſie iniuſte auferentes de bellis publicis fugientes,ſepulcrorum violatores,maleſici,ꝛ contra innocentes,animos principium prouocantes, anathematizati pro ſcelere.iij.q.v.conſtituimus.vj.q.j.infames.iij.q.iiij.conſanguineorum. Compellens aliquem iurare inique,ꝛ periurio conſentiens.xxij.q.iiij.inter cetera.ꝛ.xxij.q.v.ſi quis cõuictus. Ex ſola fama inceſtus incurritur infamia popularis.xxxv.q.vj.notificamus. Inceſtuoſi:ꝛ eis cõſentientes:ꝛ nati ex eis.iij.q.iiij.conſanguineorum. xxxv.q.ij.ꝛ.iij.coniunctiones.vj.q.j.infames. Irrogans iniuriam.xxij.q.iij.inter cetera.in fin. Contrahens matrimonium ſine dote:q2 non preſumit matrimonium: vel ſine ſacerdotali benedictione. vt in preal.c.conſanguineorum. Habens ſimul duas vxores vel ſpõſas:vel nomine eius quiſꝗ̃.extra de biga. nuper.C.de inceſtis nup.l.ij.ff.de his qui no.infa.l.j. ꝛ fi. Increpatus a patre vel a iudice cauſa cognita.ꝛ hoc de facto.C.ex qui.cauſis infa.ir.l.ea que.ꝛ.l.verbum.ꝛ.l.interlocutio.ꝛ.ff.e.l.ob hoc. Sodomita. Locans operas ad pugnandum cum beſtia.ꝛ Improbus aduocatus.iij.q.vij.§.tria.ver.alijs.ꝛ ſeq.ꝛ l.ſi quis ad ea.ff.de poſtul.l.j.§.item.ꝛ.§.ꝛ qui.C.eo.ti. quiſquis.C.de adul.cum iur. Rei criminis leſe maieſtatis ꝛ filij eorum.ꝛ pro eis intercedentes.vj.q.j.ſi quis cum militibus. Homagium pro re ſpirituali faciens.extra de ſimo.ex diligenti. Illegitimus remouetur a dignitate:niſi ſit inopia aliorum.C.de dignita.l.ij.lib.xij.ff.de decur.§.ſpurios.C.de inoffi.teſtam. fratres vel ſoror. Carmen famoſum vel libellum dictans,ꝛ non probans: ſed in via vel alibi proijciẽs. iiij.q.ij.verſic.ob carmen.v.queſt.per totum.inſtitu. de iniur.circa prin. Notarij,iudices,aduocati,defenſores,fautores, receptores hereticorum, ꝛ credentes. extra de here.ſi aduerſus.ꝛ cap.excommunicamus.§.credentes. Mulier nubens intra tempus luctus ſecundum.l ꝛ que nubit contra ſacramentum factum pro tutela.ff.de ritu nup.palã.§.que in adulterio.C.de ſecun.nup.l.j.ꝛ.ij.ij.queſt.iij.§.hinc tollitur.ꝛ in auſ.de reſti.ꝛ ea que pa.§.vnum.C.ex quibus cauſis.infa.irro.l.decreto.ſed hoc tollitur ſecundum canones extra de ſecun.nup.c.penul.ꝛ vlt. Omnes qui ſunt infames ſecundum.l.vel qui ſecundum l.morte puniuntur; infames ſunt ſecundum canones.vj.queſt.j.infames.iij.queſt.ij.§.hinc tollitur.iij. queſt.iiij.conſanguineorum.vj queſt.j.omnis. Omnis exiſtens in mortali notorio ꝛ omnis excommunicatus,infamis eſt infamia canonica.vj.queſt.j.illi. ꝛ cap.omnes.vbi de hoc.ꝛ per totum.iij.queſt.v.conſtituimus.

Infamia canonica.

Corruptus ꝛ corrumpens pro falſo teſtimonio dicendo.xxij.queſt.v.ſi quis conuictus.iii.q. v.conſtituimus. Secus in eo qui quia vacillauit captus eſt. extra de penis ſuper his. quia genus pene per ſe non infamat:niſi ſententia precedat.vt ibi no. Ueniens contra pactum vel tranſactum iuratũ.C. de tranſac.ſi quis maior. Qui ſuis culpis exigentibus, non poſſunt ad ſacerdotium prouehi.vj.queſt. j.omnes.j. Leno.ꝛ Lena.ꝛ Ludentes in ſcena.ff.de his qui no.infa.l.j.ꝛ.ij.§.vlti.verſic.quid ſit Scena labeo definit.ꝛ ponitur hoc verbum de conſecra.diſtinct.v.non oportet.l.diſtinct.ij.ſcenicis.inde ſcenicus ideſt goliardus,vel ribaldus,vel buffo vel ioculator.de quo no.extra de ſimo.ꝛ ſi queſtiones.in glo. aliud.in fin. Joculatores autem dicuntur quaſi iocilatores in publicum.extra de vi.ꝛ hone.cleri.cum decorem, faciunt enim ſpectaculum proprij corporis.vt.l.pre.de his qui no.infa.lib.ij.§.fi. Goliardus autem vulgare eſt gallicorum. Buffones vulgare tuſcorum.de his legitur ꝛ not.per Joan.an.extra de vi.ꝛ hone.cleri.clerici.ꝛ cap.quoniam clericalis.lib. vj.

Scenici ꝛ Joculatores.

Dans pecuniam ne actione famoſa conueniatur. ſecus ſi gratis: ꝛ pro bono pacis.ff.de his qui no. infa.l.j.§.pactum.ꝛ.l.athletas.§.vlti.ꝛ l.quoniam.ꝛ l.in actionibus.ꝛ no.xxiij.queſt.iiij.ſi illic.in gloſ.iudicis authoritate. Epiſcopus exigens procurationes:ꝛ non viſitans.x.queſt.j.relata. Calumniator: ſi pronuntietur calumniator: ꝛ non aliter.v.queſt. vj.quia iuxta.C.de calum.l.iij. Calumnioſe accuſans: ꝛ non probans.ij.queſt.iij.cap.j.§.hinc tollitur.ꝛ.§. notandum.circa princip.verſicu.ſin autem.ꝛ.ff.de his autem qui no.infa.l.j.ꝛ.iij.queſt.iiij.conſanguineorum.vj.queſt.j.infames. Monachus vel monacha filios procreans.xxvij.q.i.impudicas. Detractores: ꝛ morum contemptores.vj.queſt.j.deteriores. Inobedientes ſuis prelatis.xj.queſt.iij.ſi autem. Accuſatores ꝛ perſecutores prelatorum: vel patrum: vel ſacerdotum.iij.queſt.iiij.clericus.ꝛ cap.ſequen. ꝛ cap.conſanguineorũ.vj.queſt.j.infames. Parans inſidias ſuo prelato.ꝛ qui ei infeſtus eſt.xj.queſt.j. ſtatuimus. Conſpirantes ꝛ coniurantes contra ſuos prelatos.xj.queſt.j.conſpirationum. Locum viuentis occupans.iij.queſt.ij.audiuimus.vij.queſt.j.preſentium.cap.non furem.ca.eum qui.ij.queſt.j.in primis.extra de exceſ.prela.cap.j. Hiſtriones:ſcilicet qui ludibria corporis faciunt.vt pote qui geſta aliorum ludibrio ſui corporis repreſentant.ſecundum Hugo. Magici.ꝛ Excommunicati.ꝛ turpitudinibus ſubiecte perſone maculis aſperſi.iiij.q.j.c.j.ꝛ.ij.vnde eis nõ datur euchariſtia.de conſe.diſt.ij.pro dilectione.ꝛ.ca. ſeq. Miles ignominioſe ab exercitu remiſſus.ff.de his qui no.infa.l.j.ꝛ.ij.§.ignominioſe. Fatigans iudicem malitioſe appellando:ꝛ eũ diffamando.ꝛ hoc ſecuta ſententia.C.de appella.a proconſulibus.in fi. Simoniaci, dans: recipiens: emptor: ꝛ venditor:

tor:

Infamia iuris.

to:mediator:⁊ interuentor.j.q.iij.c.vlti. xv.q. iij.ſane. Infamia iuris eſt quum quis per ſententiam cõdemnatur.ſed non ſemper:niſi damnetur de publico crimine.vnde pater accuſans ſeruos generi, de veneno dato filie,non fit infamis: licet ſit per ſententiam de calumnia condemnatus.Secus ſi eſſet publice iudicium.ff.de pu.iu.l.infamem.⁊.l.vlt.ff.de poſtu.item ſenatus.j.rñ.ff.de procur.l.pen.⁊.ff.de his qui no.infa.l.j.Qui iuſſa apoſtolice ſedis libenter ⁊ ſciẽter trãſgreditur.iij.q.iiij.ſi quis a ſuo.Heretici.⁊ Schiſmatici omnes.Apoſtate.⁊ omnis qui non eſt chriſtianus vt Judei.⁊ Pagani.⁊ alij.iiij.q.j.c.j.ij.qõ.vij.alieni.iij.q.iiij.alieni.⁊.c.beatus.⁊.c.ſi quis a ſuo.C.de ſumma trini.l.j.in fi.vj.q.j.infames.⁊.c.illi.⁊.ca.beatus.de apoſta.tue.vj.q.j.infames.Exigens vſuras vſurarum.Ueniens contra tranſactionem iuratam.Miles aliena predia conducens.Senator contrahens cum muliere ſcenica.C.ex qui.cauſis infa.irroga.l.improbum.C.de tranſac. ſi quis maior.C.loca.l.vlti.C.de naturali.li.j.diſtin.ius gentium.Publicus aleator.Mutuans in ludo.xj.pro.xij.extra de excel. prela.inter. Judex iudicans vel aliquid faciens contra conſcientiam:per gratiam vel per ſordes, ſcienter in preiudicium alterius. extra de re iudica. cum eterni. ibi.fame ſue prodigus.li.vj.Condemnatus interdicto.vnde vi vel accuſatione furti.C.ex quibus cauſis infa.irro.furti.ff.de obſe.a liber.patro.preſtan.l.ij.de his qui no.infa.l.j.non tamen crimẽ ſtellionatus infamat.ff. de cri. ſtelli. l. ij. nec eſt contra.ff. de his qui no.infa.quid ergo.vt ibi no.Jtem actio vi bonorum rap. ⁊ iniuriarum. ⁊ ſepulcri violati. ⁊ doli mali. ⁊ conſimiles. ⁊ hoc per ſententiam, ⁊ non aliter.ff. de his qui no.infa.l.j.⁊.ij.⁊.C.de ſepul.vio.l.j.Actio pro ſocio tutele:⁊ mandati depoſiti:ſi ſuo nomine ⁊ non alieno quis ⁊ directe non contrario iudicio agit in his. ⁊ hoc ſecuta ſententia: ⁊ non aliter. hoc probatur.ff.de his qui no.infa.l.j.⁊.l.furti.§.ſi quis. inſtit. de ſuſpec. tuto.§. ſuſpectus.C. ex qui. cauſis infa. irro.l.vlti.inſti.de pe.⁊ re.liti.§.ex quibus. Qui aſtute priuilegium principis interpretatur. C. de legi. ⁊ con. l. ij. Tutor ⁊ curator qui pupillam ſibi vel filio maritauit.C.de interdic.ma.ſi tutor.Adulteri.vj.qõ.j.infames.iij. queſt.v. conſtituimus.ff. de ritu nup.l. palam.§.vlti.⁊ verſic.Jndulgentia principis penaʒ tollit: infamiam relinquit. C. de gene. aboli. l. vlti. que eſt.ij.queſt.iij.§.notandum. verſic indulgentia. Accuſator accuſationem non proſequens: ⁊ in vltimo termino non comparens. ⁊ hoc per ſententiam. C.vt infra certum tempus.l.j. ⁊ ad ſena. conſul. turpilia. l. ij. Reus latitans in cauſa criminali ſecuta ſententia. C. de requi.reis l.vlti. Preuaricator condemnatus: non alias.ff. de preuari. l. ſi is decus. C. ad ſena.conſul. turpilia.l.ij.⁊.ij.q.iij.§. notandum.§. de his qui no.infa.l.j. Js qui a ſenatu propter turpitudinem motus eſt.ff.de ſena.l.ij.iij.queſt.vij.§.in puer. Remotus propter dolum ab adminiſtratione. C.de ſuſpec.tuto.l.vlti. quod dic vt no.extra de ſimo. per tuas.in fi.in glo.niſi quis.Tutor vel curator inuentarium negligens facere, qui vt ſuſpectus remotus eſt.C.arbi.tu.veteris. in fi. Decurionem aut nobilem tormentis ſubijciens.C.de decur.l. omnes iudices. li.x. Sciendum eſt ꝙ in aliquibus ex premiſſis caſibus aliquis eſt infamis ipſo iure;vel in aliquibus de facto. ⁊ in aliquibus per ſententiam irrogatur infamia. vt ſtudioſus in ipſis concordantijs poterit inuenire.

## De potentia epiſcoporum. Cap. 50.

Quia epiſcopus ſub vicario chriſti vniuerſali Romano pontifice:⁊ ipſe dei vicarius eſt in parte ſue ſolicitudinis:⁊ perſonam chriſti habet:vt.xxxiij.q.v.mulier debet.Et ordo epiſcoporuʒ quadripertitus eſt.i.in patriarchis:archiepiſcopis: metropolitanis:atqʒ epiſcopis.xxj.di.cleros.circa prin. Et quicquid pertinet ad epiſcopum:⁊ ad tres ſuperiores pertinet:quum omnes ſint epiſcopi: Jdeo de epiſcoporum potentia: quam habent quantum ad miniſtrationem ⁊ iuriſditionem a papa: ⁊ ab eccleſia romana.vt.xxij.di.c.j. ⁊ de eorum diſpenſatione ſubijciamus.vt ex hoc pape vniuerſalis potentia clarius elucescat. Ad cuius materie euidentiam clariorem primo enumerabimus caſus in iure ſcriptos in quibus eis a iure permittitur diſpenſare: ⁊ ius commune relaxare. Conſequenter vero illos in quibus diſpenſare prohibentur. Ultimo quid iuris ſit de hac materia, ſupponemus. Poteſt ergo diſpenſare epiſcopus.primo cum ordinato extra. iiij. tempora. vt legitur ⁊ no.per Bernar.extra de tempo. ordi. conſultationi.Sed Jnnocen.⁊ Oſtien.contra. cum quibus ſto.per.c.e.ti.c.cum quidam. ⁊.c. dilectus. ⁊ per ea que notaui.ſ.xlv.c.§.ſciendum.ver.xlij. Secundo vt quis habeat duas eccleſias intitulatas.lxx.di.ſanctorum.ſecundum Jnnocen.ſed non curatas. extra de elec.duduʒ.ij. extra de preben.de multa.Tertio diſpenſat cum ordinato ab alieno epiſcopo, inconſulto proprio vel contempto.extra de offi.archid.ſignificaſtis.vbi ita tenet gloſ.j.lxxj.di.c.j.ij.⁊.iij.⁊.ix.q.ij.lugdunenſis.vide quod ſcripſi.ſ.xlviij.c.§.⁊ primo.ver. item ordinatus.Quarto cum eo qui ignoranter recipit ordinem ab epiſcopo qui renuntiauit epiſcopali dignitati.vt extra de or.ab epiſcopo qui re.c.j. Quinto cum ordinato ignoranter ab excommunicato. vt e.t.c.ij.⁊.ix.q.j.c.ij.Sexto vt duo ad vnam prebendã eligantur.quod dic vt no.extra de preben.tue.Septimo cum clerico propter crimen vſure per epiſcopum officio beneficioqʒ ſuſpenſo.vt no. extra de vſuris.ca. preterea. Octauo cum adultero ⁊ criminibus minoribus irretito poſt penitentiam.vt.xxxiiij.di.fraternitas.extra de iudic.at ſi clerici.§.de adulterio.extra de tempo.ordi.c.fi.Nono cuʒ pugnante in duello.extra de cor.vi.c.j.⁊.c.extra de cle.pug.c.j.quum tamen inde mors vel membri detruncatio non fuerit ſubſecuta.qr tunc non poteſt.xxiij.q.viij.his a quibus.ſed ⁊ tunc poteſt in beneficio diſpenſare.vt.e.ti.c.ij.⁊.l.diſt. ſtudeat.ad fi.X. in multum enormi crimine ⁊ notorio vt probatur ⁊ no.ſecundum Jnnoc.extra de cor. vi.c.j.⁊ extra de apo.c.ij.⁊ in capitalibus criminibus occultis.l. diſt. de his vero. ⁊ de hoc extra de tempo. ordi.ex tenore.Xj cum ſacerdote ſimul plures concubinas habente.extra de biga.quia.xxxiiij.diſtinc.fraternitatis. Xij. cum alienigena inſtituto in eccleſia per eum qui inſtituere non poterat.extra de cleri.pere.ca.fin. Xiij.cum preſbytero de facto cum virgine matrimonium contrahente;, quoad executionem officij.extra de cle.con.ſane.ij.vbi etiam de hoc no.Similiter ⁊ cum diacono.ex qui cleri.vel vo.c.j.dũ non tñ contrahant bis.xxviij.diſt.preſbyterum. vel etiaʒ cum corrupta.vt extra de biga c.ij.pen.⁊ fi.Xiiij. cuʒ diacono qui vulnerauit alium diaconũ: ⁊ matrimo-

Cum qb⁹ poteſt ep̃s diſpẽſare.

niſi de facto contraxit. ſm Inno. extra qui cle. vel vo. c.j. Sed Ber. illud intelligit ibi factum fuiſſe autho-
ritate mandati aplici. extra de ſen. excom. cum illor. ſto cum Inn. pp ea que no. in ver. ſupra proxime po
ſito. Xv. cum canonico regulari ⁊ monacho, vt poſ-
ſint in ſeculari eccleſia miniſtrare. xvj. qō. j. doctos. ⁊
c. ex authoritate. j. q. vij. §. niſi rigor. Et ꝙ regularis
catholicus ibi ſit ſolus. extra de ſta. mo. quod dei. qui
dam tñ illud eſſe ius dicunt ſm Jo. de deo. contra vi
detur. xvj. q. vlti. in noua. xx. q. iij. preſens. ad fi. ſ; nō
cum monacho vt ſit ſolus. vt. j. notatur. Xvj. cum eo
qui excōicatus recepit beneficium. vt extra de cle. ex-
com. mi. poſtulaſtis. in prin. ſm Inno. ſed Jo. de deo
no. ꝙ in hoc ad papaz pertinet diſpenſare. ⁊ pro hoc
facit quod no. Ber. extra de eta. ⁊ qual. cum bone. in
gl. fi. in fi. vbi no. Ber. epm non poſſe diſpenſare cu;
eo qui ſuſpenſus recepit beneficium. Oſtien. vero in
pre. c. poſtulaſtis. tenens mediam viam, dicit ꝙ ſi ta-
le genus excommunicationis eſt a qua poſſit abſol-
uere: poteſt ⁊ diſpenſare. Si vero per papam eſt abſol
corporis eccleſie:vbi dicit glo.ſm hois nām, caput
eſt corporis ſui.ſ.eccleſie:que vnita eſt chriſto gratia
⁊ nā:vt capiti:vnde ⁊ eccleſia que eſt collectio fide-
lium:de conſe.diſt.j.eccleſia:corpus chriſti myſticuꝫ
eſt.iij.q.iiij.engeltrudam.⁊ Aug.xxiij.q.iiij.ſicut ex-
cellentiam:ibi:chriſtiani corporis membra traſſun-
dant ⁊c.⁊.q.v.ſi nos.ibi.⁊ a corpore chriſti:quod eſt
eccleſia toto orbe diffuſa.⁊.q.vij.quemadmoduꝫ: in
prin.ibi.ſic homo qui precidit de chriſti myſtico cor
pore:⁊ ſequitur:iu huius vero compagem corporis
veniant ⁊c.⁊.j.ſi corpus chriſti tollit ſpolia impioꝝ
⁊ ſi corpori chriſti theſaurizantur diuitie impiorum
⁊.j.in chriſti ergo compagem corporis veniant. ⁊
Hiero.de.pe.diſt.j.eccleſia chriſti:in fi.ibi.⁊ fiat de ec
cleſia que eſt corpus chriſti:⁊ Cyprianus.xxiiij.q.j.
loquit.ibi.vnum corpus ⁊ vnus ſpūs.⁊.j. nec vni-
tas corporis ſeparat.⁊.j.vnum tñ caput eſt. Et iteꝫ
Hiero.xxiiij.q.j.qm̄ vetus.ibi.vbi fuerit corpus. Et
pelagius.e.cā.⁊.q.ſchiſma.ibi.vt quia ſpiritum non
hñt corporis chriſti ⁊c.⁊.j.in fi.vnam.(vt ſepe dictū
eſt) que chriſti corpus eſt : conſtat eſſe eccleſiam ⁊c.
Que quidem eccleſia corporis chriſti:charactere im
peratoris inſignita eſt:ideſt chriſti:vt pre.c.quemad
modum.ibi.qꝛ non facio iniuriam characteri impe
ratoris:quum errorem corrigo deſertoris. Bene er-

Chriſtus caput eſt eccleſie.

go dicitur chriſti corpus caput eccleſie:quia ita ſe ha
bet ad eccleſiam:ſicut caput ad corpus prouidet.n.
eccleſie:⁊ regit eam:⁊ in ipſo oēs ſenſus ſpūales ec-
cleſie ſunt:vt in capite oēs ſenſus corporis. Et in il-
la glo.ad Col.j.dicitur:capiti cuncta ſubiecta ſunt,
ad operandum illud ſupra quod locatum eſt : ⁊ ad
conſulendum. Quod aūt non ſolum hoiuꝫ: ſed etiā
angeloꝝ caput ſit chriſtus:apl's in eadeꝫ epiſtola ad
Col.ij.ait de chriſto qui eſt caput oīs principatus ⁊
poteſtatis:angelice.ſ.vt glo ait. De dñio etiam ⁊ po
teſtate chriſti ſuper oīa:⁊ qūo eſt caput:idem apoſto
lus ait ad Ephe.j.c.oīa ſubiecit ſub pedibus eius:⁊
ipſum dedit caput.ſ.deus pater:ſupra oēm eccleſiaꝫ:
que eſt corpus ipſius:vt proxime probatum eſt per
decreta. Prima aūt particula huius authoritatis :
de ps.viij.ſumpta eſt.ſuper qua dicit glo.chriſtus nō
ſolum preeſt oibus dignitate:ſed ⁊ poteſtate qua oīa
ſub eo ſunt plene:vt per pedes plena ſubiectio notet
qua omnia ſunt ei ſubiecta:qꝛ per ipſum facta. Jo.j.
vel ſub pedibus eius.i.ſub humanitate eius:que ſi-
gnificatur per pedes:quia ſicut pes eſt inferior pars
corporis:ita ⁊ in chriſto inferior nā eſt humanitas:
q̄ꝫ etiam angeli adorant. Et ſic ipſi homini chriſto
oīa ſubſunt. Super eo quod ſequit in capitulo. Ip-
ſum dedit caput ſuper oēm eccleſiam:que in celo:vel
in terra eſt:ſubijciunt enim illi:quaſi capiti : ex quo
trahunt originem:ab ipſo aūt facti ſunt ſm deietatē
⁊ ita ſm deietatem caput eſt eccleſie:ſm q̄ꝫ pater de
dit eſſe caput:illum ante oīa gignendo. Eſt etiam ⁊
proprie dicitur caput ſm humanitatem:ſm q̄ꝫ con-
iungitur ei eccleſia:⁊ natura ⁊ gratia.nam in eo ple-
nitudo gratie fuit,de cuius plenitudine nos accepi-
mus. Jo.j.⁊.j. Jo.ij.ibi.⁊ vos vnctionem accepiſtis
a ſancto.⁊.j.⁊ extra de ſacra vnctio.c.j.verſi.de ſecun
da.ibi.vos vnctionem q̄ꝫ accepiſtis ⁊c. Chriſtus.n.
vnctus interpretatur:quia gratia ſpūſſancti plenus
fuit vſqꝫ ad ſummum vnde ps.xliiij. Unxit te deus
deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis:qꝛ pater
accumulauit ſuper eum vniuerſa chariſmata beni-
gnitatis ⁊ manſuetudinis abundantius replens
eum in viſceribus miſericordie ⁊ miſerationis. de
cuius cumulo gratie nos participamus: Pſalmus.
cxxxij. Sicut vnguentum in capite ⁊c. Caput enim
chriſtus. Barba coniuncta capiti,⁊ in capite:apoſto
li ⁊ diſcipuli in die Pentecoſte ſpūſſancto repleti.
Ueſtimentum eccleſia.xvj.q.vij.ſicut. Ora vel fim-
bria:quelibet humilis perſona. Zach.viij. apprehen
dat fimbriam viri iudei:dicentes:ibimus vobiſcum
audiuimus enim qm̄ dñs eſt vobiſcum. Hoc caput
reuerendum pro oibus membris doluit. Augu.pro
totius corporis putredine: cauterium quoddam
fixum eſt in capite.item Bern.in ſermone de circun
ciſione. Quid mirum ſi caput pro membris curatio
nem accepit?nonne etiam in membris:ſepe pro v-
nius infirmitate: alteri curatio adhibetur:dolet ca-
put:⁊ in brachio fit coctura:dolent renes: ⁊ fit in ti-
bia:ita hodie pro totius corporis putredine caute-
rium quoddam infixum eſt in capite. Sed conſide-
randum circa id quod dictum eſt:omnia chriſto eſ-
ſe ſubiecta. quia oīa ſunt nunc chriſto ſubiecta quan
tum ad poteſtatem q̄ꝫ accepit a patre ſuper oīa : ſed
quantum ad executionem ſue poteſtatis : nondum
ſunt ei omnia ſubiecta:ſed hoe erit in futuro. j. Cor.
xv.vltra colū.qñ de oibus ſuam voluntatem adim-
plebit:quoſdam ſaluando,quoſdam puniendo:⁊ ita
omnes erunt ſub eo:vel ſpontanei:vel victi ⁊ inuiti.

Oīa ſub chri ſunt ditione.

Adhuc de chriſti dñio ⁊ potentia dicit Heb.j. Quez conſtituit heredem vniuerſoꝝ ſuper quo verbo dicit glo. quãuis cum patre omne poſſideat: tñ ſm humanitatem recte dicitur heres conſtitutus: ſm illud ps. ij. dabo tibi gentes hereditatem tuam. Quia ergo chriſtum deus conſtituit iam immutabilem heredẽ vniuerſoꝝ: ideſt poſſeſſorem oĩs creature: non ideo portio deeſt Jacob: ⁊ pars eius Iſrael: ſm ps. Sed oẽs prorſus nationes mundi ei ſubſunt. xxiij. q. iiij. non inuenitur. cum ca. ſeq. ⁊. xciij. diſt. legimus. verſ. ꝙ enim. In eadem quoqꝫ epiſtola Heb.j. inducit apoſtolus de chri regia poteſtate illud ps. xliiij. Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi virga equitatis virga regni tui: qđ exponens glo. ait. O deus fili: thronus tuus: ideſt regia dignitas vel iudiciaria ſedes: permanet in ſeculum ſeculi, qꝛ ſemper regnabit: ⁊ nouiſſimum iudicium ſemper ſtabit: vnde in euangelio Matth. xxv. Ibunt hi in ſupplicium eternũ: ⁊ illi in vitam eternã. Et merito permanet thronus tuus: qꝛ virga regni tui: ideſt regimen ⁊ diſciplina qua bonos regis: ⁊ malos percutis: eſt virga equitatis: ideſt regula directa. iij. diſt. regula: ⁊ inflexibilis: que alibi dicit in ps. ij. virga ferrea: per q̃ prauitate diſtortus, ſi ei adherere velit, dirigitur. De ſacerdotali aũt ⁊ regali dignitate vel poteſtate ſimul inducit apoſtolus in eadem epioſtla. c. j. illud ps. xliij. Unxit te deus deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis. Quod exponens glo. ait. O deus fili: deus tuus: ideſt pater per ſe non per miniſtros vnxit te ſm hoĩez quia deitas nullo indiguit: quis eſt ergo deus vnctꝰ a deo? chriſtum intellige: chriſtus .n. dicit a chriſmate: chriſma aũt grece: latine dicitur vnctio. extra de ſacra vnctio. c. j. ⁊. ſ. verſi. eſt etiam: proxime dixi đ hoc ergo nomẽ chriſtus vnctionis eſt. nec vngebantur alibi reges ⁊ ſacerdotes niſi in illo regno iudeoꝛuz.

Regia chri ptãs.

Sacerdotalis chri dignitas.

Per hoc ꝙ dicit euz vnctum regem ⁊ ſacerdotem: ſignat qui in lege veteri vngebantur. vt preal. c. j. de ſacra vnctio. vnxit aũt eum: non viſibili ⁊ corporali oleo. ſed ſpũſancto: quem ſcriptura nomine olei ⁊ exultationis ſignat: ⁊ hoc pre participibus tuis: ideſt pre omnibus ſanctis. Omnes: enim ſancti ſunt ſpiritus participes vnde oẽs chriſtiani vngunt: de conſe. diſt. iiij. deinde a ſacerdote: ſed ille ſingulariter vnctus. vt preal. c. j. de ſacra. vnctio. De ſacerdotio aũt chriſti ſpãliter inducit apoſtolus in eadem epiſtola ad Heb. vij. c. verbum illud ps. cix. Tu es ſacerdos in eternum ſm ordinez Melchiſedech: quod exponens glo. ait. hoc de pontificatu chriſti deus pater: tu es ſacerdos. ſ. docens orans ⁊ offerens: ecce triplex officiũ ſacerdotis: tu es inq̃ ſacerdos: non ad tp̃s: vt Aaron: ſed hoc ſm ordinem Melchiſedech: qui nõ temporalis fuit ſcriptura ſubticente initium: ⁊ finez vite eius: in figuram chriſti qui caret principio ⁊ fine. Apoca. j. Ego ſum alpha ⁊ o. ⁊ ſicut ille obtulit in pane ⁊ vino: ⁊ ſemel: ſic ⁊ chriſtus ſub ſpecie panis ⁊ vini corpus ⁊ ſanguinem ſuum diſcipulis ſuis dedit. Jo. xiij. de conſe. diſt. ij. accipite ⁊ comedite. Et ſubditur in glo. ſ. poſita. Sacerdos aũt eſt chriſtus: non ſm ꝙ deus: ſed propter carnem aſſumptam: pp victimam q̃ obtulit pro nobis: vnde Hiero. Sacerdos dei patris dicitur filius dei ſm humanitatem: in qua ſe pro nobis acceptabile ſacrificiuz deo obtulit, vt ipſe ſit ſacerdos qui eſt ſacrificium: de conſe. di. ij. ſacerdos dei patris. Quid autez egerit hic ſacerdos: ⁊ quid pontifex: apoſtolus dicit in pre. ca. v. ad Heb. Qui in diebus carnis ſue: ideſt mortalitatis, preces ſupplicationeſqꝫ ad deum ⁊c. qñ. ſ. imminente paſſione orauit prolixus. Luce xxij. vltra mediuz. ibi. apparuit aũt illi angelus: vel preces ⁊ ſupplicationes actio ⁊ vita chriſti eſt cuius omnis actio fidelium eſt inſtructio: ⁊ ad deum orattio. c. extra de elec. ſignificaſti. j. reſponſo: quicquid enim egit chriſtus: preces ſupplicationeſqꝫ fuerunt pro hoĩbus: ipſa ẽt ſanguinis aſperſione melius loquente q̃ Abel. nũc etiam in celo adſiſtit vultui dei: pro nobis aduocans ⁊ interpellans apud patrem. Heb. ix. ibi ad fi. ſed in ipſum celum vt appareat nunc vultui dei, pro nobis.

Triplex ſacerdotis officium.

Illud etiam ſciendum ꝙ chriſtus ⁊ ſacerdos dicitur ⁊ pontifex: ⁊ eo ſacerdos: quo pontifex: ⁊ eo pontifex quo ſacerdos naz ſacerdos medius eſt inter deũ ⁊ populum: quia diuina populo tradit: ⁊ populum in deuz reducit: offerendo: orando, ⁊ docendo, ⁊ hoc etiam importat nomen pontificis: vñ ad Heb. iiij. vbi apoſtolus chriſtum dicit pontificem. iſti. habentes ergo pontificem magnum ⁊c. glo. ait pontificez, per quem itur ad deum. Idem enim eſt pontifex qđ mediator: vnde Heb. v. in prin. Omnis nãqꝫ pontifex ex hoĩbus aſſumptus, pro hoĩbus conſtituitur: ſcilicet vt eos adiuuet: ⁊ vt per eum impetrent a deo miſericordiam conſtituitur: dico in ijs que ſunt ad deum offerenda. ſ. in muneribus, hoſtis, ⁊ precibus: que ducunt ad deum. vt offerat dona. ſ. primitias ⁊ ſacrificia ⁊ hmõi: deo pro peccatis dimittendis. Et beatus Bern. dicit ꝙ pontifex dr̃ quaſi pontem faciens inter deum ⁊ proximum. Faciet enim ſeipſum pontem ad patrem: attingens a ripa noſtre miſerie: vſqꝫ ad ripam felicitatis eterne. Sap. xviij. Uſqꝫ ad celum attingebat ſtans in terra vnde Jo. iij. Filius hominis qui eſt in celo. per hunc tranſeuntes non ſubmergimur in flumine culpe, nec trahimur ad mare pene eterne: vnde ipſe ait Joã. xiiij. Nemo venit ad patrem niſi per me. In hoc tñ diſtat pontifex a ſacerdote: qꝛ importat excellentiam quandaz ſuper ſacerdotem: nam vt Iſido. ait. vij. lib. etymo. Pontifex princeps ſacerdotum eſt: quaſi via ſequentium. ipſe ⁊ ſummus ſacerdos: ipſe ⁊ pontifex maximus appellatur. xxv. diſt. cleros. verſi. pontifex: vnde ⁊ papa per excellentiaz ſummus pontifex appellatur: ex̃ de elec. vbi periculum. §. ſuper his. lib. vj. vnde Leui. xxj. exponitur nomen pontificis: vbi dicitur: pontifex: ideſt ſacerdos magnus: vnde ⁊ ep̃i qui ſunt ſup alios ſacerdotes conſtituti, pontifices appellantur. Alij vero qui ſub eis: vocantur communi nomine ſacerdotes: a ſanctificando. Et qꝛ chriſtus eſt ſummus ſacerdos: ideo ipſe proprijſſime dicitur pontifex maximus: vnde ad Heb. x. habentes ergo pontificem magnum. glo. qui eſt ſuper omnes pontifices. Et quia quiſq̃ nõ ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a deo tamq̃ Aaron: vt apoſtolus ait ad Heb. v. Nume. xviij. viij. q. j. in ſcripturis: ex̃ de elec. qualiter. Ideo vt ibidem ſubdit apoſtolus pre. c. v. chriſtus non ſemetipſum clarificauit: vt pontifex fieret: ſed ille eum pontificem conſtituit qui ad eum ait in ps. ij. Filius meus es tu: in quo ps. oſtenditur chriſtus rex ⁊ ſacerdos. Differt aũt ſacerdotium chriſti a ſacerdotio legali: qꝛ legalis ſacerdos non ſolũ pro alijs ſed etiam pro ſe indiget offerre: qm̃ ⁊ ipſe circundatus erat infirmitate peccati. Heb. v. chriſtus aũt nõ indiguit pro ſe offerre: ſed ſolum pro alijs: quia immunis fuit ab omni peccato: vñ Heb. vij. ad fi. Talis enim decebat vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, innoces, impollutus: a peccatoribus ſegregatus: ⁊ ex-

Põtifex chriſtus.

Sacerdotiũ legale

celſioꝛ

celſioꝛ celis factus: qui non haberet quotidie neceſſitatem, quemadmodum ſacerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre: deinde pro populo: hoc enim fecit ſemel ſe offerendo. Item ſacerdotium legale carnale fuit. vnde ꝛ carnes ibi mactabantur. Heb. ix. ſacerdotium vero chriſti ſpirituale. Adhuc ſacerdotiũ legale fuit tempoꝛale: ꝛ finem habuit. ſacerdotiũ autem chriſti eternum eſt. Heb. vij. in quo capitulo aſſignatur differentia inter vetus ꝛ nouum ſacerdotiũ. vnde legale ſacerdotium tranſlatum eſt ad chriſtũ: quod figuratũ fuit in tranſlatione ſacerdotij ab Heli: qui fuit de tribu ſacerdotali ſcilicet leui: ad Samuelem: qui non fuit de tribu leui, ſed effraim. j. Regum j. Et ſimiliter tranſlatio ſacerdotij ad chriſtum facta eſt de tribu ſacerdotali ad regalem: qꝛ dñs oꝛtus eſt de tribu iuda: qꝛ de domina oꝛta de tribu iuda: vt cantat eccleſia ꝛ dicitur Matth. j. ꝛ Heb. vij. que tribus iuda eſt tribus regalis. vt ita ſit eadem ſacerdotalis ꝛ regalis: ꝛ vnus ꝛ idem chriſtus ſit ſacerdos ꝛ rex. Sic etiam regnum iſraeliticum tempoꝛale fuit ꝛ mutatum in regnum chriſti quod eternum eſt. vnde Luce. j. Regni eius non erit finis. cuius mutationis figura preceſſit quum Saule abiecto dauid ſubſtitutus eſt in regnum. j. Regum. xiij. Quod autem alicubi regnum illud ꝛ ſacerdotium eternum dicitur intelligendum eſt de regno ꝛ ſacerdotio chriſti: quod per illud figurabatur. De ſacerdotio etiam ꝛ regno chriſti loquitur apoſtolus in epiſtola ſupradicta ad Heb. vij. in prin. inducens ſimilitudinem de melchiſedech qui fuit rex ꝛ ſacerdos dei altiſſimi. Idẽ Gen. xiiij. qui vt glo. dicit in epiſtola ad Heb. non per hominem ſed per deum conſtitutus eſt: ꝛ interpretatur rex iuſtitie. ꝛ dictus eſt rex ſalem: quod eſt rex pacis: ſine patre ꝛ matre ꝛ genealogia: qꝛ ſcriptura hoc de illo non refert: neqꝫ initium dierum, neqꝫ finem vite habens. aſſimilatus autem filio dei manet ſacerdos in eternum: qui eſt rex iuſtitie: qꝛ ſuos iuſtos facit: ꝛ per iuſtitiam regit in hoc ſeculo. ꝛ rex pacis. extra in li. decre. Rex pacificus. qꝛ quos hic regit in iuſtitia, non deſinit poſt regere in pace eterna. Sacerdos dei ſummi: qꝛ ſe in ara crucis obtulit. Sine patre ſm carnem. Sine matre, ſm diuinitatem. Sine genealogia: qꝛ filios carnales non habuit. Neqꝫ initium dierũ neqꝫ finem habens: qꝛ coeternus patri: ꝛ alpha ꝛ o. Apoc. c. j. ꝛ ſicut gl. ſubdit. Etſi oẽs patriarche ꝛ prophete figura chriſti fuerunt: melchiſedech tamen ſpecialis: qui non de genere iudeoꝛum: vt quidã dicunt: proceſſit in typum ſacerdotij chriſti: qꝛ dicitur ſacerdos ſm oꝛdinem melchiſedech multis modis. Heb. vij. ꝛ in pſ. dixit dñs. ꝛ de cõſ. di. ij. accipite: adde hic quod dixi de hoc. ſ. in. xxxvj. c. in. §. xxxvj. c. verſi. tpe vero. Adhuc ſuper illud ad Heb. ix. introiuit ſemel in ſancta. dicit gl. beati Aug. Quum enim chriſt⁹ rex ꝛ ſacerdos: rex pugnauit pro nobis. ſacerdos obtulit ſe pro nobis. de conſ. di. ij. ſacerdos dei. ꝛ idẽ beatus Aug. in lib. lxxxiij. queſtionum: vbi exponit chꝛi miraculum de quinqꝫ panibus ꝛ duobus piſcibus: ait inter cetera, ꝙ quinqꝫ panes hoꝛdeacei inter legem moyſaicam vel populum iſraeliticum ſignificãt. duo autem piſces qui ſuauem ſapoꝛem pani dabãt: duas illas perſonas videntur ſignificare. quibus ille populus regebatur. vt per eas conſilioꝛum moderamẽ acciperet: regiam ſcilicet ꝛ ſacerdotalem: ad quas etiã illa ſacroſancta vnctio pertinebat. extra de ſacra vnc. c. j. quarum officium erat procellis ac fluctibus nũqꝫ frangi atqꝫ coꝛrumpi: ꝛ violentas turbarum contradictiones tanqꝫ aduerſantes vndas ſepe dirumpere. Que tamen due perſone dominum noſtrum prefigurabant: ambas enim ipſe ſolus ſubſtituit: nec figurate ſed proprie ſolus impleuit. Nam ꝛ rex noſter eſt ieſus chriſtus: qui nobis pugnandi ꝛ vincendi demonſtrauit exemplum: in carne moꝛtali peccata noſtra ſuſcipiens: tentationibus inimicoꝛum illecebroſis nec tenebroſis cedens: poſtremo exuens ſe carne principatus ꝛ poteſtates expolians fiducialiter: ꝛ triumphans eas in ſemetipſo. Ipſe eſt etiam ſacerdos ſecundum oꝛdinem melchiſedech: qui ſeipſum obtulit holocauſtum pro peccatis. pſ. xxxix. Holocauſtum ꝛ pro peccato ꝛc. ꝛ ſequitur: tunc dixi ecce venio. Ad ſacerdotalem quippe perſonam pertinet emundatio ꝛ abolitio peccatoꝛum. De hac duplici potentia chriſti dicit apoſtolus. j. ad Coꝛin. j. de chriſto loquens. Factus eſt inquit nobis a deo ſapientia ꝛ iuſtitia ꝛ ſanctificatio ac redemptio. Sapientia. n. ad oꝛdinandum: ꝛ iuſtitia ad iudicandum, propꝛia ſunt regie dignitatis: quam ſequitur iudiciaria poteſtas. Sanctificatio autem ꝛ redemptio, ad ſacerdotalem ſpectant poteſtatem. Dicitur autem chriſtus eſſe rex non ſolum regni celeſtis ꝛ eterni: ſed etiam tempoꝛalis ꝛ terreni: quia celeſtia ſimul ꝛ terrena diſpenſat ꝛ iudicat. Iſte eſt gladius qui exit de oꝛe eius ex vtraqꝫ parte acutus. Apocal. c. j. ꝛ. xix. c. extra de priuile. ex oꝛe. Unus enim gladius, vna eſt eius regia poteſtas: que tamen duas partes habet propter regnum celeſtium ꝛ terreſtrium. non tamen dum in hac vita moꝛtali conuerſatus eſt regnum terrenum adminiſtrare voluit cuius cauſa infra dicetur. Hec autem dicta ſunt de chriſti poteſtate quantum ad preſentem ſufficit intentionem.

*Melchiſedech ꝛ rex ſacerdos.*

*Potẽtia creãdi incõicabilis*

Conſequenter autem tractandum eſt de cõicatione potentie eius. Unde ꝛ ſciendum ꝙ potentia creãdi: que chriſto conuenit ſolum ſm ꝙ deus: nulli cõicabilis eſt. nec in humanitate eius que perſonaliter diuinitati fuit vnita: multominus cõicari poteſt alijs hominibus. non ex defectu dei: ſed ex defectu creature talis poteſtatis incapacis. Poteſtas vero ſacerdotalis que chriſto conuenit vt homini: vt ſupra dictum eſt: ꝛ poteſtas miracula faciendi: ꝛ regalis: que ſibi conuenit ꝛ ſm ꝙ deus: ꝛ ſm ꝙ homo: cõicabilis eſt: ꝛ cõicatur hoibus. de qua cõicatione loquitur Hugo de ſancto victoꝛe in prologo ſui commenti ſuper angelica hierarchia ſic dicens. Ipſe vero omniũ conditoꝛ: cuius ineffabilis maieſtas, ꝛ indeficiens virt⁹, potens erat ſola gubernare que creauerat ſola: voluit rerum a ſe creatarum participes habere ꝛ cooperatores. non vt ille eoꝛũ miniſterio iuuaretur: ſed vt ipſi poteſtatis eius conſoꝛtio ſublimes efficerentur. Dñs ergo ſolus ꝛ princeps omnium, dñationes ꝛ principatus ſub ſe eſſe inſtituit in miniſterio perficiẽdo: qꝺ vniuerſitatis oꝛdo depoſcebat: vt opera eius complerentur per oꝛdines ꝛ diſpoſitiones. Sic igitur bonus ꝛ ſapiẽs deus creaturas a ſe ſolo conditas, gubernat oꝛdine quodam. inferioꝛa. ſ. ſm gradum perfectionis mediantibus ſuperioꝛibus. ſic enim gubernat coꝛpoꝛa per ſpiritus: ꝛ coꝛpoꝛa groſſioꝛa per ſubtilioꝛa. vt generabilia ꝛ coꝛruptibilia, per incoꝛruptibilia, ſcilicet celeſtia: ꝛ ſpiritus inferioꝛes per ſuperioꝛes. ad hoc diſt. lxxxix. ad hoc. ¶ Communicatur autem creature rationali ſiue intellectuali gubernatio. Primo quidem reſpectu ipſius: vt ſcilicet ſeipſam in ſuis actibus dirigat. Secundo reſpectu rõnaliũ: dũ quidam angeli per alios angelos: ꝛ quidam hoies

*Alie ptãtes cõicabiles.*

*Cõicatur hoi gubernatio.*

per alios hoies: ⁊ hoies per angelos gubernantur. vt.ſ.alleg.c.ad hoc.⁊.xxij.di.de conſtantinopolitana ⁊.xcv.di. eſto. ⁊.xj.q.iij. qui reſiſtit.licet enim q̃libet creatura rationalis nata ſit gubernare ſeipſam p virtutem intellectus proprij: tñ cum quedã rationalia per alia rõnalia gubernanť.tũ qꝛ ordo vniuerſitatis hoc exigit.tum qꝛ in aliquibus regimen proprie rõnis nõ ſufficit.inde opꝫ vt p alioꝝ gubernationẽ in ſuis actibus dirigãť: vt patet in hoibus: quoꝝ q̃dã alijs non ſufficientibus regere.ſ.ſemetipſos, ꝑponuntur ⁊ p̄ſunt ad directionẽ ⁊ regimen.pp qđ debẽt eſſe intellectu ꝑſtantiores ⁊ appetitu rectiores alijs quibus p̄ficiuntur.nam ⁊ in angelis ij qui ꝑſunt: magis vigent intellectuali lumine ſm̃ magiſtros.

Tertio cõicatur gubernatio creature rationali reſpectu rationalium. Nam ordine nature diuinitus inſtituto rõnalia irrõnalib⁹ dñantur.Gen.j.ibi: ⁊ dñamini piſcibus maris ⁊c. Aliter tñ gubernat hõ rõnalia: aliter qꝫ irrõnalia ſibi ſubdita.nam irrõnalibus dñať non ad vtilitatem illorum: ſed ad propriam. dũ illis vtitur pp ſe.vnde dicitur hõ finis illorum: qꝛ pp ipſum, ⁊ in eius obſequium condita ſunt. Alijs aũt rõnalibus dñatur pp bonum illorum: q̃uis ex hoc reſultet bonum proprium gubernantis.qꝛ per hoc deo miniſtrat: ⁊ ad eius ſimilitudinem accedit. vnde talis eſt gubernatio que conuenit rationalibus ſm̃ q rõnalia ſunt: vt.ſ.per ipſorum bonum gubernenť. Qui autem preſunt aliquibus non bonum ſubiectorum: ſed proprium commodum intendẽtes: a vere gubernationis rõne degenerãt: q̃ conuenit rationalib⁹ creaturis.tales querunt que ſua ſunt: nõ que chr̃i. Phil. ij.viij.q.j.ſunt in eccleſia.xxiij.q.iiij.tres ꝑſonas. Qui enim ſic gubernantur: non reguntur libere: ſed ſeruiliter ⁊ quaſi ad modum irrõnalium ducũtur. pp qđ taliter dñantes, non reges, ſed tyranni vocantur. Eſt autem nunc intentio de illa tm̃ gubernatione q̃ rõnalibus creaturis conuenit: ⁊ precipue hoibus qui proprie rationales dicuntur. Specialiter aũt de gubernatione ſiue gubernatiua potentia que a chriſto ⁊ per chriſtum cõicata eſt eccleſie: dicendũ eſt.

**Chr̃i gubernatiua ptãs q̃re hoibus cõicata.**

Erat ſiquidẽ cõicanda hoibus chriſti gubernatiua ptãs. Primo, qꝛ congruebat eius bonitati: vt ſue ptãtis faceret hoies participes. Secundo qꝛ cõpetebat eius dignitati. Ad dignitatem namqꝫ gubernantis ⁊ dominantis pertinet habere miniſtros per quos ſuam ptãtem exerceat.ipſi etiam miniſtri: q̃bus ptãs chriſti cõicatur: efficiuntur ex hoc digni ⁊ honorabiles, q vice chriſti alios gubernant. vnde in pſ.cxxxviij.dicitur de apl'is. Nimis honorati ſunt amici tui de⁹: nimis confor.eſt princi.eorum. Tertio, qꝛ expediebat humane vtilitati: hõ enim ſenſibili cognitione vtiť: pp quod ſicut ei conuenit, vt per ſenſibilia ſigna mãducatur ad intelligibilem veritatem: ⁊ per ſenſibilia ſacra ſuſcipiat inuiſibilem gratiam.j.q.j.multi.de cõſe.di.ij.ſacrificium. Ita conuenit ei habere gubernatorem viſibiliter ⁊ ſenſibiliter preſentem. Chriſt⁹ autẽ ſm̃ q deus, licet ſit oibus ⁊ vbiqꝫ pñs: oĩa gubernans ⁊ regens. Hiere.xxiij. Celum ⁊ terram ego impleo.vnde Aug. Deus vbiqꝫ eſt in ſeipſo totus.vbiqꝫ eſt: qꝛ nulli parti rerum abſens eſt. vbiqꝫ totus: qꝛ cuilibet parti pariter totus adeſt.in ſeipſo: qꝛ non continetur eis quibus eſt pñs: immo ipſe ea continet: quũ inuiſibilis eſt ſenſu corporeo: qꝛ deum nemo vidit vnq̃. Exo.xxxiij. Jo.j.⁊.j.eiuſdem.iiij. Secundũ vero humanam naturam, eſt quidem viſibilis: qꝛ in terris viſus eſt: ⁊ cum hoibus conuerſatus eſt. Baruch iij.in fi. Phil.ij.⁊ beati oculi qui vident que vos videtis. Luc.x.non tñ conueniebat eius dignitati ⁊ felicitati: vt in terris ſemper nobiſcum conuerſareť: q ſuper oẽs celos meruit corporaliter exaltari.pſ.viij. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper oẽs celos.vnde poſt aſcenſionem: licet ſit ſemper nobiſcum pñtia ſpirituali.ſm̃ illud Mat.vlti. Ecce ego vobiſcum ſum oibus diebus vſqꝫ ad conſummationem ſeculi.deſijt tñ eſſe nobiſcum pñtia corporali, ſm̃ ꝓpriam ſpẽm. in ſpecie tñ aliena.ſ.in ſacramento viſibili panis ⁊ vini, etiam corporaliter nobiſcum eſt. vñ Aug. Donec finiatur ſeculum ſurſum eſt dñs: ſed tñ hic nobiſcũ eſt veritas dñi.corp⁹ enim in quo reſurrexit: in ea forma qua apparet ſanctis: in loco vno eſſe oportet. veritas aũt eius vbiqꝫ diffuſa eſt.de conſe.di.ij.prima quidẽ. in fi. Conueniens ergo erat hoium vtilitati. vt chr̃s potentiam ſuam gubernatiuam ſuper hoies cõicando traderet: ⁊ relinqueret aliquibus hoibus: p quos eius eccleſia regeretur ⁊ dirigeretur in finem pp qđ obtinendum ab hoibus, ieſus chriſtus in mundum venire dignatus eſt. Non enim deficit chriſtus eccle̾ in neceſſarijs ad ſalutem.

**Chr̃i gubernatiua potentia triplex**

Hec autem chriſti gubernatiua potentia: vt ex ſupra dictis haberi põt: triplex eſt.vna quidem ſacerdotalis: alia regalis: tertia vero ad miraculoſas immutationes. Quamlibet aũt harum chriſtus cõicauit hoibus: qꝛ quelibet eccle̾ vtilis. Nam per miraculorum operationẽ, doctrina fidei confirmať.⁊ in laudem diuine ptãtis hõ excitať. vñ ſm̃ Greg.in ſermone de aſcẽſione dñi.in prin. Eccleſie primitiue neceſſaria erat operatio miraculorũ: vt fides nouella per ea confirmareť: ⁊ irrigareť.ſicut ⁊ plãtis aqua neceſſaria eſt ad irrigandum vſqꝫ quo radices figant. Per ſacerdotale offm̃ hõ ſanctificať: ⁊ deo reconciliať: vnde ⁊ quotiens ſacramentum altaris conficitur: pctm̃ remittiť.de conſ.di.ij. quũ oẽ. ⁊.c.ſi quotiẽſcunqꝫ.xv.q.vij.ſciſcitãtibus. Per actiones vero regalis ptãtis, hõ in conuerſatione dirigiť xxiij.q.v.regum.⁊.c.rex debet.⁊ ad deum ⁊ primũ debite ordinať: vt ibi.⁊.ij.q.j.ſcelus.

**Sacerdotalis ptãs q̃uo cõicetur.**

Et vt de modo cõicationis aliud videať: conſiderandum q ſacerdotalis potentia cõicata eſt aliquibus ſm̃ miniſteriũ: qui ⁊ dicunť miniſtri gratie: qꝛ miniſteriũ adhibent diſpenſando ſenſibilia ſacramenta: in quibus cõferť gratia: ⁊ que ſunt vaſa ⁊ inſtrumẽta gratie: ⁊ efficiũt quod figurant.qꝛ ſunt ſacramẽta noue legis.de hoc j.q.j.dictum.legiť ⁊ no.e.q.multi.in gl.j.virtutem. ⁊ c.quicquid inuiſibilis.gl.j.vñ dicunt q̃dam q nõ cõicatur ptãs: ſed ſolum tribuiť miniſteriũ. Et indubitanter eſt verum q non cõicatur talis ptãs, qualem habet chriſtus: qui ſm̃ q deus eſt: habet ptãtem authoritatis quantum ad effectum ſacramentoꝝ.hꝫ vero q hõ, hꝫ ptãtem miniſterij.non qualitercũqꝫ: ſed principl'r.hoc bene probat pre.c.multi.opaǹ aũt ad effectũ ſacramentoꝝ meritorie ⁊ efficaciter: qꝛ paſſio eius q̃ ſm̃ humanam naturam ſibi conuenit: cã iuſtificationis noſtre eſt meritorie: ⁊ eſt effectiue p modũ inſtrumenti.qꝛ humanitas chriſti eſt inſtrumentum deitatis ipſius.⁊ qꝛ eſt inſtrumentum coniunctum: ideo habet quandam principalitatem ⁊ cauſalitatẽ reſpectu inſtrumentorum extrinſecorũ: q̃ ſunt inſtrumenta eccleſie ⁊ ipſa ſacramenta. Unde ptãs miniſterij in chriſto, hoi conuenit qꝛ eſt principalis: dr̃ ptãs excellentie.q̃ quidẽ conſiſtit in quatuor: vt catholici doctores tradunt. Primũ, qꝛ meritũ ⁊ virt⁹ eius opatur in ſacris.vt pre.c.multi. Scđo, qꝛ in eius noie ſacramenta ſanctificanť.vñ cũ cruce ꝑficiunť. de conſ.

di.v.nunquid. Tertio:qꝛ ipſe potuit inſtituere ſacra-
menta.nam ⁊ ſm Aug. ab eius latere proceſſerunt.
extra in cle.de ſum.tri. Quarto,qꝛ pōt effectum ſacra
menti ſine ſacramento conferre.c.de conſ.di.ij. vt qd
paras.⁊ di.iiij.baptiſmi vicem. Hanc autem ptātem
principalis miniſterij potuit chriſtus cōicare: ſed nō
cōicauit:ne ſpes in hoīe poneretur:qꝛ maledictus ho
mo qui confidit in hoīe.Hiere.xvij.⁊ Greg.Vere ho
mines prepoſtero ordine ante ſibi opem ab hoībus
accerſiunt ⁊c.de conſ.di.j.oīs chriſtianus.Et ne diui
ſio in ecclia orireť contra illud.xxiiij.q.j.ſchiſma.c.lo
quiť. ſicut tpe pauli vnus quidem dicebat : ego ſum
pauli:alius autem ego apollo.j.ad Cor.iij.vbi ⁊ ſeq-
tur.Ego plantaui: apollo rigauit: ſed incrementum
dedit deus.Itaqꝫ neqꝫ qui plantat eſt aliquid:neqꝫ q
rigat:ſed qui incrementum dat deus.de conſ.diſt.iiij.
baptiſmus talis eſt.xix.di.ſecundū.extra de deci.quū
non ſit. Poteſtatem aūt ſecundarij miniſterij chriſtꝰ
cōicauit ⁊ tradidit aliquibus:qui dicunť ⁊ ſunt ſacer
dotes ⁊ mediatores noui teſtamenti inquantū ſunt
miniſtri ſummi ſacerdotis ⁊ veri mediatoris chriſti,
vice ipſius agentes ⁊ ſalutaria ſacramenta hoībus
exhibentes. Potentia vero regalis cōicatur etiā ali
quibus qui ſunt aliorum rectores:qui pp hoc dicunť
capita populorum.j.Regū.xv.ibi: Caput tribus iſ-
rael factus eſt.ſub vno tñ principali capite chriſto:cui
ptās regia ſm excellentiam conuenit.Licet enim ha
bentes ſacerdotalem potentiam poſſunt dici aliquo
modo capita:magis tñ conuenit nomen capitis ha-
bentibus regiam ptātem: qꝛ per ſacerdotalem ptātē
efficitur quis mediator inter deum ⁊ hoīem.Capitis
aūt nomen importat aliquod primum in aliquo or-
dine.Unde magis conuenit regiam dignitatem ha-
benti per quam conſtituitur primus ſuper alios.Tā
vero habentes ſacerdotalem,q̄ꝫ regalem poteſtatē a
chriſto,dicunť chriſti vicarij:⁊ chriſti miniſtri:⁊ chri
cooperatores.Nam chriſtus ita ſuam potentiam cōi
cat alijs:ꝙ eam ſibi non adimit.ſed eam retinet.⁊ ſꝫ
eam principaliter operatur in oībus qui ſue potētie
ſunt participes: ⁊ qui eius virtute operanť. vñ recte
dñr chriſti cooperatores. Potentia vero miracula
faciendi cōicata eſt adhuc ⁊ cōicať hoībus a chriſto.
non tñ eo modo quo chriſtus habet:qꝛ ſicut in ſacra
mentis:ita ⁊ in miraculis chriſtus hꝫ ptātem autho
ritatis ſm ꝙ deus.⁊ ptātem inſtrumentalem cuiuſ-
dam principalitatis ⁊ excellētie ſm ꝙ hō:qꝛ ipſe nō
ſolum miracula facere pōt:verum etiam hanc ptātēꝫ
⁊ gratiam in alios poteſt diffundere.ſicut diciť Luc.
x.⁊ Mat.x.ꝙ dedit aplis ptātēꝫ ſuper oīa demonia:
⁊ vt languores curarent.Alij aūt a chriſto habēt ptā
tem inſtrumentalem ſecundariam delegatam.vľr.n.
in omni poteſtate: que a chriſto cōicatur hoībꝰ:chri-
ſtus ipſe habet principalitatem ⁊ excellentiaꝫ:hō aūt
purus habet ſecundarium miniſteriuꝫ ⁊ cooperatio
nem. Patet ergo ex predictis,ꝙ potentia chriſti cōi
canda fuit hominibus:⁊ quomodo communicata.

Potētia regalis cōicatur.

Potētia miracula faciendi cōicatur.

Conuenit aūt conſiderare poſt predicta, quibus
hoībus cōicata ſit chriſti ptās:que cōicari poterat:⁊
q̄ꝫ vtiliter cōicari conueniebat. Et primo dicenduꝫ
eſt de potentia illa que eſt ad immutationes miracu
loſas.Hec autem potentia non oībus hoībus cōica-
ta eſt:ſed aliquibus. nec cōicatur hec bonis tm̄ : ſed
etiam malis.multi enim dicent. Nonne in noīe tuo
demonia eiecimus:⁊ multas virtutes fecimus:qbus
diceť: Neſcio vos. Mat.vij.j.qō.j.prophetauit.ſicut
fecit caypħas. Io.xj. nam ⁊ mali frequenter ⁊ pro-

Ptās miraculoꝝ patrādoꝝ qbus cōicata ſit.

phetizāt ⁊ miracula faciūt.j.q.j.teneamꝰ.c.pphetа-
uit.c.multe opationes.vnde ſicut alia dona gratis da
ta,cōia ſunt bonis ⁊ malis:vt prophetia ⁊ gratia ſer
monis:⁊ alia hmōi:ſic operatio miraculorum: vt p.
c.multe.⁊ de pe.di.ij.querendum.⁊.c. pōt diſcurſus.
Nec etiam conuenit iſta potentia oībus bonis ſem-
per.multi enim fuerunt ⁊ ſunt ſancti:q miracula non
fecerunt.Nam ſm beatum Ber.quibuſdam dať ſpi
rituſſanctus in munus,⁊ non vſum muneris: vt im
perfectis:qui columbina ſimplicitate ſibi gemūt : ſꝫ
edificare proximos neſciunt.de qbus Eſa.lix.Quaſi
columbe meditātes gememus.⁊ de quibus.ij.q.vij.
ſancta quippe.Alijs datur in vſum muneris:⁊ nō in
munus, vt reprobis: qui more nubium alios com-
pluunt:ſed in ſe aridi perſiſtunt,de quibus.ij. Pe.ij.
hi ſunt fontes ſine aqua: ⁊ nebule turbinibus exagi
tate:quibus caligo tenebrarum reſeruatur. de pe.di.
ij.ſi enim inqt.ad mediuꝫ.vbi in gl.exponitur hec au
thoritas.quibus competit illud poeticum. Sic vos
non vobis fertis aratra boues. Sic vos non vobis
vellera fertis oues . Sic vos non vobis nidificatis
aues.Sic vos non vobis mellificatis apes.Alijs ve
ro datur in vſum muneris:⁊ in munus, vt viris pfe
ctis : qui pariter ardent ⁊ alios incendunt.vnde de
beato Ioanne baptiſta diciť Io.v.Ille erat lucerna
ardens ⁊ lucens. Hec etiam potentia non hꝫ cōne-
xionem ad regalem: ſed ad ſacerdotalem ptātem. qꝛ
illa ſine his:⁊ he ſine illa ſepe inueniunť.Cōicat ergo
chriſtus hanc potentiā quibus voluerit:⁊ qñ:⁊ quā
tum:⁊ ſicut:prout vtilitati eccleſie,ac hoīuꝫ ſaluti nō
uerit expedire.Cōicata eſt aūt amplius in ecclia pri-
mitiua:qꝛ tunc ſm beatum Greg.⁊ ſupradictuꝫ eſt:
magis neceſſarium erat ad dilatationem ⁊ confirma
tionem fidei ⁊ augmentum ecclie.⁊ patres fidelium
hanc potentiam habuerūt in multa plenitudine: vt
patet Actuum.ij.iij.⁊.v.c.Iam vero eccleſia dilatata
⁊ fide roborata,non eſt tm̄ neceſſaria ſicut prius hec
potentia in eccleſia.de conſe.di.iiij.venit. De iſta au
tem potentia proſequi non pertinet ad propoſitum.
vnde de alijs duabus potentijs eſt proſequendum.ſ.
de ſacerdotali ⁊ regali.circa quas mea verſatur intē-
tio.Videť aūt quibuſdam,ꝙ hec duplex ptās nō ei-
dem perſone cōicanda ⁊ cōicata ſit:ſed quum ſint po
teſtates diſtincte: cōicande ſunt diuerſis ⁊ diſtinctis
perſonis.qꝺ patet in ſtatu veteris teſtamenti:in quo
diuerſis perſonis tribuebatur ptās regia ⁊ ſacerdo-
talis.Similiter ⁊ in nouo teſtamento diuerſis cōica
ri videnť.Sacerdotalis enim poteſtas conuenit his
qui ſacerdotes vocantur in eccleſia ſiue pontifices: q
ſpiritualiter preſunt. Regalis aūt conuenit princip
bus terrenis ⁊ dñis temporalibus:qui ⁊ reges vocā
tur.j.Pet.ij.ſub quibus exiſtunt diuerſi gradus po-
teſtatum:vt extra de maio.⁊ obe.ſolite. ibi : ſiue regi
quaſi precellenti ſiue ducibus ⁊c.p horum dicto ex-
preſſe facit.xcvj.di.duo ſunt.⁊.ij.q.vij.§. item quum
balaam.ver.ſed notandum eſt.Et ſm hoc videretur
dicendum,ꝙ licet chriſtus ſit rex ⁊ ſacerdos:tñ eius
vicarij.ſ.apli ⁊ eorum ſucceſſores non ſunt ſacerdotes
⁊ reges.immo ſolum conuenit ei poteſtas ſacerdota
lis vel pontificalis ex conceſſione chriſti.Si autē ali
quibus eorum conuenit poteſtas regia: hoc eſt ex cō
ceſſione pncipū terrenoꝝ:ſicut ex cōceſſione cōſtanti
ni habet romanus pontifex imperialem ptātē. xcvj.
di.ꝯſtantinꝰ.vide.ſ̄.xliiij.c.§.ſciendū.xiij.c.ver.eccle-
ſia . Sed licet hoc videať prima facie rationabilitō
dictum: tñ profundius cōſiderare volentibus ve[illegible]

Virgilianū carmē.

Ptās ſacerdotalis ⁊ regalis an eidē cōpetāt pſone.

tatem plus ⁊ aliter dicere conuenit. In primis er-
go diſtinguenduꝫ eſt de ſacerdotio ⁊ de regno ſeu de
regia poteſtate. videt̃ aũt de his diſtinguendũ ſicut
⁊ de ſcientia. Eſt autem quedam ſciẽtia humanitus

Scia duplex.

adinuenta. vt ſcia phica: que dicit̃ ſapientia ſecularis
⁊ lr̃e ſeculares. xxxvij. diſt. vino. ⁊. c. qui de menſa. q̃-
dam vero diuinitus reuelata: vt ſacra ſcriptura. vñ.
ij. ad Timoth. iij. Omnis ſcriptura diuinitus inſpi-
rata ⁊c. l. di. ſi quis diaconus. ⁊ vtraqꝫ a deo eſt: q eſt
ſcientiarum dñs. vt in Cantico Anne. j. Regũ. ij. ⁊
ad Roma. j. ibi. Deus enim illis manifeſtauit: ⁊ pͥn-
cipalis author a quo eſt omnis ſapientia. vt dicitur
Sap. j. tñ diuerſimode eſt vtraqꝫ a deo. Prima. ſ. phi
ſolophica, eſt a deo mediante natura intellectus hu-
mani: per quem adinuenta eſt hmõi ſciẽtia: ⁊ mediã-
tibus rebus que ſunt ipſius ſcientie cã. ⁊ qꝛ tã intel-
lectus humanus: in quo eſt ſcientia: q̃ꝫ ipſe res de q-
bus eſt ſcientia: ſunt opus dei: ideo ſcientia hmõi dr̃
eſſe ab ipſo: qꝛ opus nature eſt opus dei. vnde ⁊ deus
ipſe principalis doctor eſſe hoium dr̃ vt Aug. oñdit
in li. de magro. Secunda vero ſcientia. ſ. ſacra ſcri-
ptura, eſt a deo non mediante adinuẽtione intellectꝰ
humani: ſed eſt ab ipſo ſpãli modo eam reuelãte: ſed
⁊ inſpirante hominibus per quos nobis eſt tradita.
ſpiritu enim ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei ho
mines. ſ. pphete apli ⁊ ceteri ſacri ſcriptores. ij. Pet.

Sacerdotiũ duplex

j. c. in fi. Simili ergo modo eſt diſtinguendum de ſa-
cerdotio. Nam quoddam ſacerdotium eſt ex huma
na inſtitutione. ⁊ hoc fuit in lege nature ante tempꝰ
legis ſcripte. ⁊ etiam poſt legem datam, apud eos q
naturali tantum lege viuebant. tunc enim primoge-
niti ſacerdotes inſtituebantur: vel alij propria volũ
tate offerentes officium ſacerdotis exercebant: licet
forte nomen ſacerdotis non haberent. facit pro hoc
de conſe. di. iiij. quod apud nos. Quoddam vero ſa-
cerdotium fuit ex inſtitutione diuina. ⁊ hoc inchoa-
uit in aaron. Illud eniꝫ quod fuit ex inſtitutione hu
mana: cepit ab ipſo exordio generis humani. vnde ⁊
ſm Aug. abel ſacerdos fuit. Illud vero quod ex inſti
tutione diuina: cepit in aaron. vñ dicit Iſid. in lib. de
perſonis eccleſiaſticis. Initium ſacerdotij aarõ fuit.
quanq̃ꝫ melchiſedech prius obtulerit ſacrificium.
Heb. vij. Gen. xiiij. ⁊ poſt hunc Abraam, Iſaac ⁊ Ia
cob: ⁊ in Gen. legitur in multis capitulis: ſed iſti ſpõ
tanea voluntate non ſacerdotali authoritate iſta fe-
cerunt. Ceterum in lege, aaron primus ſacerdotale
nomen accepit: primuſqꝫ pontificali ſtola indutus vi
ctimas obtulit: loquente dño ad moyſen: Applica
quoqꝫ ad te aaron ⁊c. Exo. xxviij. ⁊ vlti. xxj. diſt. §. j.
vbi de ritu ornamentorum ſacerdotalium: ⁊ vnctio-
nis ⁊ conſecrationis ſacerdotalis agitur. Talis aũt
ritus non erat in ſacerdotio legis nature: licet aliqui
tunc vnctionem interiorẽ haberent: ſicut haberi põt
ex gl. ad Heb. vij. vbi agit̃ de melchiſedech: de quo di
cit gl. ꝙ non fuit de gente iudeorum: ⁊ ante circũci-
ſionem functus eſt ſacerdotio: vt non gẽtes a iudeis:
ſed iudei a gentibus ſacerdotium acciperent. ⁊ non
fuit vnctus oleo viſibili: vt moyſes inſtituit: ſed oleo
exultationis ⁊ puritate fidei. nec aĩalia immolauit: ſꝫ
in pane ⁊ vino chriſti ſacerdotium dedicauit. de hoc
plene. ſ̃. c. xxxvj. verſi. tpe. Eſt igitur: vt iam dictum
eſt: duplex ſacerdotium: ⁊ vtrunqꝫ eſt a deo: ſed diuer
ſimode. Nam primuꝫ eſt a deo mediante natura: qꝛ
naturalis lex dicat deum eſſe colenduꝫ: ⁊ ei eſſe ſacri-
ficandum ⁊ offerendum. vnde Ro. j. Inuiſibilia. n.
ipſius a creatura mundi per ea que facta ſunt intelle
cta conſpiciuntur ⁊c. vnde ⁊ omnis idololatria pec-
catum contra naturam eſt. vnde ⁊ ſequitur. ⁊ muta-
uerunt gloriam incorruptibilis dei ⁊c. ⁊. j. ⁊ ſeruie-
runt creature potius q̃ꝫ creatori ⁊c. offerre auteꝫ ⁊ ſa
crificare ad ſacerdotes pertinet. Hebr. v. in prin. oĩs
namqꝫ pontifex ⁊c. ⁊. j. q. j. ipſi ſacerdotes: ⁊. c. ſacerdo
tes. vnde ex dictamine iuris naturalis, vel ſpõte, vel
per inſtitutionem humanam, aliqui ſacerdotale offi
cium exercuerunt: vt dictum eſt: offerendo ⁊ ſacrificã
do. Aliud vero ſacerdotium eſt a deo inſtituente: qđ
incepit ab aaron: vt dictum eſt: de quo intendo: ſed
tranſlatum eſt ad chriſtum: qui conſtitutus eſt a deo
ſacerdos ſm ordinem melchiſedech. ps. cix. Heb. vij.
extra de conſti. tranſlato ſacerdotio. cuius ſacerdotiũ
exiſtit in eccleſia per cõicationem: quod perfectius ⁊
excellentius eſt: q̃ꝫ legale ſacerdotiũ. Et ſic diſtingui
põt triplex ſacerdotium. Unum quidem ex humana

Sacerdotiũ triplex

inſtitutione a iure naturali: de quo dixi: ⁊ hoc eſt im-
perfectum ⁊ quaſi informe. Aliud eſt ex inſtitutione
diuina: de quo dixi. ⁊ iſtud imperfectum ⁊ figuratũ.
Tertium eſt ex inſtitutione diuina deo illud hoĩ chri
ſto dante: non miniſterio alicuius hoĩs: neqꝫ ſm ritũ
viſibilis vnctionis: ſed immediate ipſum vnguendo
inuiſibilis gratie plenitudine. extra de ſacra vnc. c. j. ⁊
ſic ſacerdotem ipſum conſtituendo. ⁊ hoc eſt ſacerdo
tium euangelicum ⁊ gratie: quod verum ⁊ perfectuꝫ
eſt. ⁊ ſm participationẽ huius ſacerdotij fiunt ⁊ ſunt
⁊ dicuntur ſacerdotes in eccleſia: quibus ad inſtar ſa
cerdotij legalis, viſibilis vnctio adhibet̃ inuiſibilem
gratiam deſignans. ex̃ de ſacra vnc. c. j. xvj. q. j. §. ecce
ſufficienter. Sacerdotiũ igit̃ naturale non deſtruit̃ p
euangelium: ſed perficitur ⁊ format̃: qꝛ gratia nõ tol
lit naturam: ſed format ⁊ perficit. Sacerdotiuꝫ vero
legale ceſſauit: qꝛ figurale erat. adueniente aũt verita
te ceſſat figura. xxxv. q. j. c. j. de conſe. di. ij. c. reuera. ex̃
de purga. poſt par. c. j. de conſe. di. iij. ſextam. ſed non
quantum ad moralem intelligentiaꝫ. vj. di. §. his ita.
Sacerdotium vero euangelicum tanq̃ꝫ verum ⁊ pfe
ctũ permanet intra ſe, continens quod ⁊ naturale eſt
⁊ adimplens legale: quod in ipſum tranſlatũ eſt. Alr
põt quoqꝫ diſtingui de ſacerdotio: qꝛ quoddã eſt pro
prium: ⁊ quoddam cõe proprium eſt prout quiſqꝫ fi-
delis dicitur ſacerdos: duꝫ pro ſe offert deo ſpirituale
ſacrificium ſiue contriti cordis, ſiue afflictionis car-
nis, ſiue cuiuſlibet boni operis. De pmo ps. l. Sacri
ficiũ deo ſpiritus contribulatus cor cõtritũ ⁊c. de pe.
di. j. in prin. De ſecundo ad Ro. xij. Obſecro vos p
miam dei: vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuen
teꝫ. De tertio ps. iiij. Sacrificate ſacrificiũ iuſtitie ⁊c.
De hoc ſacrificio dicit̃ Apoc. j. vbi Joannes de chri
ſto loquens ait. Fecit nos deo ⁊ patri ſuo regnũ, ⁊ ſa
cerdotes. ſup quo dicit gl. fecit nos ſacerdotes: vt q
prius demonijs immolauimus deo deinceps immo
lemus. Et qui obtulimus diabolo ſacrificiũ pctõrũ:
amodo offeramus ſacrificia bonoꝝ operum. Iteꝫ. j.
Pet. ij. ibi: Et ipſi tanq̃ꝫ lapides viui ſuperedificami
ni domos ſpũales ſacerdotiũ ſanctuꝫ offerre. ſpũales
hoſtias acceptabiles deo per ieſum chriſtuꝫ. ⁊ paulo
poſt ibi: Uos eſtis genus electũ regale ſacerdotiũ ⁊c.
Cõe autem ſacerdotium eſt quod alicui tribuitur p
ſalute multorum viuorum ⁊ mortuorum. xiij. qõ. ij.
anime. prout quidã ordinant̃ ſacerdotes in ecclia ad
ſacrificandũ deo pro ſalute ppli: ⁊ ad offerendũ deo
pces ⁊ vota ppli. j. q. j. ſi ſacerdotes. ⁊ de hoc ſacerdo
tio eſt nunc intentio. Eſt aliud ſacerdotium execrabi
le ⁊ abominabile idolorum falſorumqꝫ deorum: qđ

non

non tam ſacerdotium q̄ ſacerdotij peruerſitas dici debet: de quo ſacerdotio.iiij. Regū.x. dicitur, q̄ iehu interfecit ſacerdotes baal. ⁊ ponit. xxij.q.ij. vtilem.

### De duplici regia poteſtate ſpirituali ⁊ tpali. Quō in tempore nature ⁊ in tpe legis date ſacerdotes erāt reges ⁊ duces ⁊ iudices. Cap. 52.

Regia po ptās varia

De regno autem ſeu de regia poteſtate diſtinguendum. Quedā enim eſt ex humana inſtitutione natura inclināte ad hoc. Nā in brutis animalibus: que gregalia ſunt ⁊ ſocialia: ex inſtictu nature inuenitur quoddam regimen. multo magis igit in hominibus: quibus naturale eſt in ſocietate viuere magis, q̄ cuilibet alij animali. ⁊ inclinatio eſt ad inſtitutioné regiminis ad hoc.vij.q.j.in apibus. ⁊ hmōi regnuз dicitur eſſe ex iure humano, q̄ a natura orit. Quedam vero poteſtas eſt regia ex inſtitutione diuina vel ex iure diuino, q̄ procedit a gratia. Utraq̄ autem poteſtas regia eſt a deo: ſed diuerſimode: qꝛ p̄ma eſt a deo mediante natura hominum: que ad hāc inclinat ⁊ mediante humana inſtitutione: que inclinationem nature perficit. ⁊ ideo dicitur poteſtas humana ⁊ naturalis. Secūda vero eſt a deo ſpeciali modo ipſam inſtituente ⁊ tradente: ⁊ ideo dicitur poteſtas diuina ⁊ ſupernaturalis. de qua dicitur: Non eſt poteſtas niſi a deo. ad Ro.xiij. xxiij.q.j. quid culpat. xj. q.iij. qui reſiſtit. Et prima quidem ptās regia verſat circa regimen tpalium ⁊ terrenoꝝ: ideo terrena ⁊ ſecularis vel tpalis dicit. Secunda vero verſat circa regimen ſpiritualium ⁊ celeſtium: ideo ſpiritualis ⁊ celeſtis vocat. Amplius prima ptās regia inuenitur cōiter in hominibus: ⁊ quolibet tpe fuit. ⁊ largo modo loquendo.ſ. ⁊ tpe legis nature, ⁊ legis ſcripte, ⁊ euangelij. ⁊ apud quoſcunq̄ hoīes cuiuſcunq̄ ſtatus ⁊ ritus.ſ. fideles ⁊ infideles iudeos ⁊ gentiles. vñ.j. Regum.viij. dicitur. Conſtitue nobis regem vt iudicet nos: ſicut ⁊ vniuerſe habent nationes. qꝛ illud nature omnibus eſt commune participantibus illā naturam. In hoc tñ differenter fuit hmōi regimen vel poteſtas apud iudeos ⁊ gentiles: quia apud gentiles fuit ſolum ex humana inſtitutione. apud iudeos vero fuit aliquo modo ex inſtitutione humana: ſed interueniente ſpeciali ordinatione diuina: ſm quam ⁊ iudices ⁊ reges inſtituti ſunt in populo: ⁊ ideo multo melius regimen fuit apud iudeos q̄ apud gentiles. Secunda vero poteſtas regia ſolum fuit ⁊ eſt apud vnius dei veri cultores. ⁊ in veteri quidez teſtamēto ex parte imperfecte, ⁊ quaſi in figura conceſſa fuit aliquibus hec poteſtas a deo: vt patebit. In nouo autē teſtamento per chriſtum plenius tradita eſt. Adhuc vtraq̄ ptās regia diſtincta eſt a ſacerdotio. ſicut ex diuerſitate officiorum ⁊ actuum oſtendet infra. Sз prima ptās regia ſic diſtincta fuit a ſacerdotio, q̄ vt in pluribus attributa fuit diſtinctis pſonis pp magnā differentiā actuū vtriuſq̄ ptātis: ne vna p aliā impediretur in operando: tñ quolibet tpe inuenit vtraq̄ fuiſſe ſimul in aliqua vna perſona. In tpe quippe legis nature melchiſedech rex fuit ⁊ ſacerdos. Heb.vij. ſimiliter ⁊ iob ſacerdos fuit: qꝛ holocauſta obtulit. Job.j. ibi, Offerebat holocauſta per ſingulos ⁊c. Et rex fuit ſicut ipſe ait: Cūq̄ ſederem quaſi rex circūdante exercitu. Job.xxix. Primogeniti quoq̄ regū ſacerdotes ⁊ reges erant: vt quidem fuerunt. ⁊ Iſidorus ait lib.vij. etymol. Maioruз conſuetudo hec erat: vt rex etiam eſſet ſacerdos vel pontifex. vnde ⁊ romani principes vel imperatores pontifices dicebantur. c. ff. de iuſt. ⁊ iu.l.j. ⁊ expreſſum. xx. di. cleros. ver. pontifex. ibi, antea. In tpe vo moſayce legis ſamuel ſimul ſacerdotis ⁊ iudicis officio fungebat: vt habetur. j. Reg.vij. ⁊ quaſi per totum. Alio etiam tpe per ſacerdotes dei ppl's regebat. ſicut in lib. Mach. apparet. In tpe autem gratie ſummus pontifex imperiali ⁊ pontificali potentia vtitur. xcvj. di. conſtantinus. Secunda vero poteſtas regia ſic diſtincta eſt a ſacerdotio, q̄ tñ in vna ⁊ eadem perſona inuenit vtraq̄. in omnibus enim epīs eſt vtraq̄: ⁊ hec eſt illa duplex poteſtas que in eis diſtingui ſolet, ordinis ⁊ iuriſdictiōis. de qua legitur ⁊ no. extra de elec. tranſmiſſaз. de conſe. eccle. vel alta. aqua. ptās enim ordinis eſt ſacerdotalis. ptās vero iuriſdictionis quodāmodo eſt regalis. aliqñ tñ vna iſtarum inuenitur in aliquibus ſine alia. quidam enim habent poteſtatem ordinis: ſed nō iuriſdictionis. extra de renun. poſt tranſlationem. §. cum vero. ibi in ver. maxime ſi veritate ſubnitit: q̄ dictus. I. loco tm̄modo ceſſerit memorato: ⁊ non ordini. ⁊. c. ad ſupplicationem. ⁊ de ordi. ab epo qui re. c. j. quidam autem econuerſo habent ptātem iuriſdictionis: ſed nō ordinis vt archid. xxv. di. perlectis. ver. archidiaconus. ⁊. c. ad hoc. l. di. qui ſub gradu. His igitur diſtinctionibus premiſſis vidēdum eſt quibus conuenit: ⁊ quibus cōicata eſt tam ſacerdotalis, q̄ regia ptās. Sacerdotium ſiquidem illud quod dicit naturale: ⁊ eſt ex humana iſtitutione: cōicatum eſt aliquibus ſm ipſorum hominum volūtatem. Sacerdotium vero legale conceſſum eſt ſpāliter aliquibus ex precepto dñi: vt aaron ⁊ eius generi: vt ſupra dictum eſt: licet fuerit immutatuз tpe heli: ⁊ ad ſamuelem tranſlatuз, in quo deſignabat: vt ſupra dictum eſt. ſ. in. c. prece. §. conuenit. ver. in primis mutatio ſacerdotij legalis in ſacerdotium chriſti quem ſamuel p̄figurauit. Samuel enim interpretat poſtulatus a deo. iſte eſt chriſtus a ſanctis patribus ⁊ pphetis a deo patre cum multis gemitibus ⁊ ſuſpirijs poſtulatus: qui ſamuel fuit propheta ſacerdos ⁊ iudex. Sacerdotium vero euangelicum cōicatū fuit a chriſto aplis ⁊ eorum ſucceſſoribus. ⁊ per iſtos etiā alijs. quantum enim ad actum ſanctificandi, cōmiſit chriſtus ptātem ſacerdotalem in cena. Jo. xiij. vbi poſtq̄ ipſe corpus ⁊ ſanguinem conſecrauit: ⁊ aplis ſumendum tradidit: formam eis reliquit ⁊ poteſtatem ſili faciendi: quum ait. Hoc facite in meam commemorationem. Luc. xxij. Mat. xxvj. Mar. xiiij. de conſ. di. ij. timorem. c. qꝛ corpus. ⁊. c. in chriſto ſemel. c. panis eſt in altari. ⁊. c. iterat. pro hoc facit quod no. xxj. diſ. in nouo. in gl. ij. ver. de aplis vero ⁊c. Quantum vo ad actum docendi, ⁊ alia ſacramenta exhibēdi, ſacerdotij ptātem dedit ⁊ offiñ conceſſit: quum ait. Eūtes docete oēs gentes, baptizantes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti ⁊c. Mat. vlt. Mar. vlti. extra de bap. debitum. de conſ. di. iiij. proprie. ⁊ quum ait Jo. xx. Quorum remiſeritis peccata remittunt eis ⁊c. j. q. j. remiſſionem. Poteſtas autem regia temporalis: que eſt ex iure humano: communicata eſt quibuſdam hominibus qui ſunt inſtituti rectores aliorum vel ex ordinatione ſolum, ⁊ cōi conſenſu alicuius cōitatis hominum, ſicut in populis gentium: vel interueniente cum hoc ſpeciali ordinatione ſeu conceſſione diuina. ſicut in pplo iſrael. Credendum eſt autez

Ptās ſacerdotalis ⁊ regia qbus cōicet

ſic inſtitutos aliquos ad regimen alioꝝ fuiſſe poſtq̄ multiplicari cepit humanum genus. ſed hm̄oi rectores non ſunt ſemper appellati reges: ſed licet hoc nomen non eſſet: res tñ nominis erat. vnde ⁊ apud iudeos aliqñ dicti ſunt iudices. vt in lib. Judicum per totum. poſtea vero dicti ſunt reges: vt in lib. Regū. quandoq̄ tñ nuncupati ſunt duces. Nomen autem regis poſt diluuium cepiſſe dicitur a nemroth. vide quod ſcripſi. ſ. xxxvj. c. ver. iſtius. Gen. x. ibi: Fuit autem principium regni eius babylon. ⁊ de iſto di. vj. §. ius vero. apud iudeos cepit in ſaule qui primo vocatus eſt rex deo id concedente ad inſtantiam ppl'i ⁊ ſignante eum. j. Regum. ix. vltra medium. ibi: Ecce vir quem dixeram tibi: iſte dn̄abitur ppl'o meo. ⁊. j. Regum. x. ad fi. ibi. ⁊ clamauit cunctus populus: ⁊ ait, viuat rex. Poteſtas autem regia ſpiritualis in veteri quidem teſtamento aliqualiter ⁊ ex parte cōicata eſt ſacerdotibus: ad quorum officiū pertinebat iudicare de quibuſdam ſpiritualibus: vel que erant figura ſpiritualium: ſicut inter lepram ⁊ lepram, mūdum ⁊ immunduz. ⁊ alia hm̄oi. Leuit. xij. ⁊. xiiij. xj. q. iij. quomodo. de pe. di. j. §. ex his. ver. moyſi quoq̄ extra, qui fi. ſint le. per venerabilem. §. rationibus. ⁊ xx. di. §. j. In nouo autem teſtamento cōicata eſt ⁊ tradita a chriſto aplis, ⁊ eorum ſucceſſoribus. tunc. ſ. quando dictum eſt eis. Mat. xviij. Quecunq̄ alligaueritis ſuper terram: ligata erunt in celis. de pe. di. j. ꝙ penitet. Poteſtas enim ſoluendi ⁊ ligādi eſt poteſtas iudiciaria: que ad reges vtiq̄ pertinet. Singulariter autem ⁊ principaliter data eſt hec poteſtas regia, iſto modo beato petro: ⁊ in ipſo cuilibet eius ſucceſſori. immo ⁊ toti eccleſie qñ dictum eſt ei Matth. xvj. Et tibi dabo claues regni celorum. xxiiij. q. j. quodcunq̄. ⁊. §. prece. ſi autem. ⁊ xxj. di. in nouo. ⁊ extra de elec. fundamenta. j. rn̄ſo. lib. vj.

Clauis qd denotet.

Clauis autem vt hic ſumitur importat ſpiritualem poteſtatem introducēdi ad celeſte regnum: vel excludendi ab ipſo. vij. glo. xxj. di. §. j. ſuper verbo claues, que incipit: Gratianus, dicit ꝙ clauis ſacerdotalis eſt ipſa poteſtas ſacerdotalis: per quam ligat ⁊ ſoluit. huiuſmodi autem poteſtas eſt iudiciaria: ac per hoc regalis: q2 iudicare proprie pertinet ad regis officium. xxiiij. q. v. regum. vnde ij qui hanc poteſtatem habent in eccleſia, reges dicuntur. non minus vere ac proprie: ſed magis q̄ ij qui temporalem habent iuriſditionem: ⁊ tanto magis: quanto regnum in ſpiritualibus excellentius eſt ⁊ dignius q̄ regnum in temporalibus. Et ſicut vere ⁊ proprie dicuntur iudices: ita vere ac proprie reges dici poſſunt, ſe ⁊ alios virtutib' regentes ⁊ ideo regimen habētes: vt dicit Hiero. xij. q. ij. duo ſunt. vocantur etiam propter hoc paſtores. extra de elec. fundamenta. lib. vj. xxij. q. iiij. tres perſonas Jo. x. xcv. di. ecce ego. cum. c. ſeq. quia etiam paſcere propriū eſt regie poteſtatis. Ideo reges olim dicebantur paſtores. vnde ⁊ petro dictum eſt a chriſto. Jo. vlt. ⁊ extra de elec. ſignificaſti. ⁊ de maio. ⁊ obe. ſolite. paſce oues meas. per quod ei committit regimē eccleſie. ⁊ ipſum conſtituit regem ⁊ prelatum eccleſie: vt legitur ⁊ no. xxj. di. in nouo.

Juriſditionē ſpūalē hn̄tes dicuntur reges.

Hoc autem quod dictum eſt. ſ. ꝙ habentes iuriſditionem ſpiritualem vere ⁊ proprie dicantur ⁊ ſint reges: probari poteſt. Reges namq̄ ſz Iſid. dicti ſunt a regendo. xij. q. j. duo ſunt. ij. q. j. ſcel'. habentibus autem dictam poteſtatem conuenit regere populum fidelium, ſm illud quod dicit Actuū. xx. per paulum: Attendite vobis ⁊ vniuerſo gregi in quo vos ſpirituſſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo. facit. xcv. di. eſto. Dicit autem Paulus a ſpirituſancto poſitos q2 inſtinctu ſpirituſſancti fuerunt poſiti ab aplis, ſm illud Actuum. xiij. in prin. Dixit illis ſpiritus: ſegregate mihi barnabam ⁊ paulum in opus ad quod aſſumpſi eos. lxxvj. di. ꝙ die. vel q2 epoꝝ ordinatio ex gratia ſpirituſſancti eſt: quam deſignat vnctio illa, que in epiſcoporum ordinatione vel conſecratione adhibetur.

Apli ⁊ eorū ſucceſſores dn̄r pncipes.

Item apoſtoli eorumq̄ ſucceſſores dicuntur principes, ſm illud ps. xliiij. Pro patribus tuis nati ſunt ti. fi. conſti. eos princi. ſuper oēm terrā. lxviij. di. quorum vices. ⁊ iterum ps. cxxxviij. Nimis honorati ſunt amici tui deus ⁊c. gl. q2 facti ſunt pduces ⁊ paſtores eccleſie. facit. xxxv. diſt. eccleſie principes. qualiter ſimiliter dici debent reges: de quibus regibus dicitur in ps. lxvij. Dum diſcernit celeſtis reges ſuper eam. vbi dicit gloſ. celeſtis. i. chriſtus, qui ſuper omnes celos aſcendit: diſcernit. i. diuidit vel diſtribuit, reges. i. doctores ſuper eam. ſ. ſuper eccleſiam ⁊ iterum in alio ps. xliiij. dicit: Delectauerunt te filie regum. ſuper quo dicit gl. reges dicit apoſtolos: qui ſe ⁊ alios in virtutibus regunt. xij. q. j. duo. quoꝝ filie ſunt omnes p eos in fide generati vel geniti. Et beatus Dionyſi. xij. c. de diuinis nominibus. dicit ꝙ ſacra eloquia principaliores ornatus. i. illos qui ſortiūtur primos gradus: ⁊ qui ſunt ſupremi: vocant ſanctos ⁊ reges ⁊ dn̄os ⁊ deos. Item ſuper illud Apocal. c. j. Primogenitus mortuorum: ⁊ princeps regum terre. diſtinguit glo. de regibus dicens. Alij ſunt reges regendo per diuinam diſpoſitionem ſibi ſubiectos: alij ſunt reges regendo fideles a deo ſib icommiſſos: alij ſunt reges auxiliante deo regendo tantummodo ſeipſos. Primi ſunt principes ſeculares. ſecundi eccleſiarum paſtores. tertij ſinguli quiq̄ fideles. Sed chriſtus omnium princeps eſt: q2 ab ipſo eſt ⁊ poteſtas ſecularis: ⁊ cura paſtoralis: ⁊ ſingularis ſolertia cuiuſlibet fidelis. que cuncta: ſicut ab ipſo habent originem: ſic ſm ipſuz habere debēt actionem vt principes poteſtatem ſecularem inter ſubiectos ſibi homines, teneant iuſtitiam paſtores per curam paſtoralem, fidelibus ſibi commiſſis prebeant doctrinam. ⁊ ſinguli fideles per ſingularem ſolertiā, in ſemetipſis ſeruent ſanctimoniam.

Eccl'ie paſtores ſunt reges.

Patet igitur ex hac diſtinctione, ꝙ paſtores eccleſie vere ſunt reges: inter quos is qui ſummus, petri ſcilicet ſucceſſor, eſt rex regum, tam ſecularium q̄ ſpiritualium: q̄ ſingulorum fidelium: ſicut ipſe chriſtus: cuius eſt vicarius in terris. extra de elec. fundamēta. lib. vj. quū princeps dicitur regum terre. Apocal. j. id eſt qui in terra ſunt. Ex eo autem ꝙ reges ſunt vocantur etiā prelati: q2 preſunt: quod regibus conuenit. vn̄ Sap. vj. Reges terre diligite ſapientiam. ⁊ ſubdit iterando: Diligite lumen ſapientie omnes qui preeſtis populis. tanq̄ idem ſit regem eſſe: ⁊ populo preeſſe. videtur: licet omnis prelatus poſſit dici rex. xxj. diſt. c. j. verſi. antea autem. tñ q2 regia poteſtas eſt ſumma in humanis. vt dicit Hugo in li. de ſacramentis: ideo reges vocantur ſimpl'r ſupremam ptātem habentes. q vero ſub eis habent ptātem ſm aliquid ⁊ non ſimpliciter: alia noīa ſortiuntur ſibi propria. vn̄. j. Pe. ij. Siue regi quaſi precellenti: ſiue ducibus tanq̄ ab eo miſſis ⁊c. extra de maio. ⁊ obe. ſolite. ⁊ ſm hoc inter prelatos eccleſie: ille qui ſummus eſt: dicitur rex ſimpliciter, ſm ptātem ſpiritualem. Quō aūt ſi rex etiaz ſm tpalem. j. patebit. Alij vero prelati: etſi reges dicuntur ⁊ ſint: non tñ ita ſimpl'r ⁊ abſolute ſicut ſum-

mus

UNED

mus prelatus.ſ.papa. ⁊ eodem modo eſt dicendum de poteſtate regia temporali. Sed vt ſi oſtenſuȝ eſt: prelati eccleſie ſunt reges: quare ita a fidelibus communiter non vocantur? Reſpondeo. Prima cauſa eſt propter ſuperbiam euitandam. Chriſtus eniȝ humilitatis magiſter. iuxta illud, Diſcite a me: q̄ꝛ mitis ſuȝ ⁊ humilis corde. Mat. xj. ij. q. vij. qui ſe ſcit. xcv. diſt. ecce. ſuos diſcipulos ⁊ vicarios voluit per omnia humilitatem ſeruare ⁊ oſtendere. vnde Luc. xxij. dicebat: Qui maior eſt veſtrum fiat ſicut minor. ⁊ qui preceſſor ſicut miniſtrator. ſimile Mat. xx. propter quod non ſolum ſuperbia: verum etiam ſuperbie nomen debet declinari ⁊ euitari ab eis. c. bo. xcix. diſt. ecce. c. di. contra morem. vbi dicitur. Nihil in epiſcopali ceruice ſplendidius fulgeat ꝙ̄ humilitas. Nomen autem regis videtur ſuperbiam importare propter illorum maliciam qui ſepe abutuntur poteſtate regali: in ſubditos: non regimen: ſed tyrannidem exercentes: ⁊ rem nominis non tenentes. vnde ⁊ dominus propterea puto poſuit malas conditiones regū quas habent: ⁊ quid faciunt: non quod facere debeant. j. Reg. viij. c. ibi. Hoc erit ius regis. i. tali tyrannide ꝑ iure vtetur. filios veſtros tollet ⁊c. ⁊. j. Filias quoqȝ veſtras faciet ſibi vnguentarias ⁊ focarias ⁊ panificas ⁊c. ⁊. j. ⁊ aſinos auferet ⁊c. Quum enim reges a regendo vocentur: vt. ſ. dictum eſt: ipſi non regunt: ſed premunt ſibi ſubditos: dum non illorum ſalutē: ſed propriam vtilitatem ⁊ gloriam intendant ⁊ querant. vnde Augu. v. de ciui. dei. c. xij. ait: ꝙ regimen a regibus: reges autem a regendo dicti ſunt. ſed faſtus regius: non diſciplina putatus eſt regentis: vel beneuolentia conſulentis: ſed ſuperbia dominantis. Inde eſt ꝙ propter regum nequitiam redditur multis regia dignitas odioſa ⁊ oneroſa: quam tamen propter multitudinis bonum eſſe voluit deus hominibus. propter quod ibidem ait Aug. de romanis, ꝙ quia regum ſuperbam dominationem non ferebāt: annua imperia: binoſqȝ imperatores ſibi fecerunt: q̄ conſules a conſulendo appellati ſunt. Quod autem dictum eſt de nomine regis: poteſt etiam dici de hoc nomine quod eſt dn̄s: quod quidem nomen vere cōuenit prelatis eccleſie: quantum ad id quod ꝑ nomē principaliter importatur. ſignat enim gubernatiuaȝ potentiam: ſed q̄ꝛ plures abutuntur dn̄io: ideo nomē dn̄i aliqn̄ ſuperbiam ſonat. ⁊ propter hoc ait Petrꝰ paſtoribꝰ eccleſie. j. Pe. v. ⁊. xcv. di. eſto. neqȝ vt dn̄antes in clero. ⁊ chriſtus dixit diſcipulis Luc. xxij. Reges gentium dn̄antur eorum: vos autem non ſic. ⁊ Mat. xx. Secunda cauſa eſt propter differentiam oſtendendam. Inter ſpirituales enim ⁊ temporales reges, ſicut eſt diſcretio in poteſtatibus: ſic debet eſſe in nominibus. Principes itaqȝ ſeculares nomen regis: quod commune eſt ſibi a proprietate retinēt, ꝓſertim q̄ꝛ ante inſtitutionem ſpiritualium regum, officium regis ⁊ nomen plures habuiſſe legūtur. principes autem ſpirituales alijs nominibus nuncupantur: que non faſtum: ſed actum ⁊ poteſtateȝ inſinuāt ⁊ per que dicatur eorum differentia a principibus ſecularibus. dicuntur enim paſtores. Jo. x. xiij. q. j. §. hoc tunc prepoſiti. extra de verbo. ſig. ꝙ̄uis epi. vij. q. j. qui epatum. pontifices. ⁊ preſules. ij. q. iiij. preſul. de his. xxj. di. cleros. Reges autem non ſolēt vocari ſimiliter, nec principes, nec duces: licet res nois veriſſime conueniat eis. vnde ⁊ rectores ⁊ iudices dicūtur. j. q. j. iudices. alias duces. xliij. di. ſit rector. Et pp hoc eſt ſciendū ꝙ ad rei veritatem ⁊ nois ꝓprietatem poteſtas principum ſecularium ⁊ ſpiritualium, non debet ſic diſtingui, vt vna dicatur regalis ⁊ alia ſacerdotalis: quum regalis vere conueniat prelatis eccleſie: vt pre. c. j. xxj. di. ver. antea. ⁊ ſacerdotalis inquantum hmōi nomen, non importat iuriſditioneȝ ⁊ prelationem: ſed ſolum ordinem. vnde ⁊ ſacerdos a ſacrificando dicitur. cōſecrat eniȝ ⁊ ſanctificat. xxj. di. cleros. ver. ſacerdos. immo vtraqȝ vere pōt dici regalis. vna tn̄ eſt diuina: alia humana. vna celeſtis: alia terrena. vna ſpiritualis: alia ſecularis. vt. j. magis videbiꝛ. Verum q̄ꝛ nomen regis non debet attribui prelatis eccleſie. tum pp vitationem ſuperbie. tū rōne differentie: vt dictum eſt: ideo per ſacerdotaleȝ poteſtatem ſiue pontificalem inſinuatur iuriſditio: ⁊ poteſtas regia ſpiritualis: que ſacerdotali coniungiꝛ in vna ⁊ eadem perſona. ⁊ hoc modo diſtinguiꝛ pontificalis vel ſacerdotalis cōtra regalē: prout ſolis principibus terrenis conuenit: quibus relinquiꝛ nomen regis. vnde. xcvj. di. diciꝛ. Duo ſunt q̄bus mūdus hic principaliter regiꝛ. authoritas ſacra pontificum: ⁊ regalis poteſtas. Illud eſt etiam attendendum ꝙ in qualibet poteſtate contingit eſſe rectum ⁊ peruerſuȝ. legitimum ⁊ illegitimum. Nam ſacerdotium q̄dam recte aſſequunꝛ: vt aaron qui a deo vocatus eſt. Heb. v. viij. q. j. in ſcripturis. extra de elec. qualiter. Quidā ſibi per vſurpationem aſſumunt, ſicut dathan ⁊ abiron. Numeri. xvj. j. q. j. ſi quis inquit. vij. q. j. deniqȝ. extra de elec. licet. Regiam quoqȝ poteſtateȝ terrenā quidam recte adepti ſunt ſiue per electionē ⁊ ꝑ cōeȝ conſenſum multitudinis: ſiue per diuinaȝ ordinationem conſenſu multitudinis: vt imperator quē exercitus facit. xciij. di. legimus. Diuina ordinatione, vt dauid. j. Reg. xvj. Quidam aūt indebite ⁊ per violētiā vt nemroth robuſtus venator corā dn̄o. vj. diſ. §. fi. ⁊. ſ. tetigi. Quidā etiam poteſtatē regiā ſpiritualē habent recte ſm̄ ordinationem ecclie. quidā auteȝ ꝑuerſe vt heretici. vij. q. j. nouatianus. xxiiij. q. j. didicimus. ⁊. c. pudenda. Quidam qui ſibi eā attribuūt ⁊ vſurpant. j. q. j. principatus. Nonnulli etiā q̄ chriſtianos ſe dicunt eſſe: ſpiritualem poteſtatē quātū ad aliqua ſibi arrogāt, ⁊ indebite. ex̄ de immu. eccle. nō minus. Patet igiꝛ ex ꝓdictis q̄bus cōicata eſt ptās ſacerdotalis: ⁊ quibus poteſtas regia taȝ ſpiritualis ꝙ̄ ſecularis. Et ꝙ prelatis ecclie vtraqȝ ſimul ptās cōuenit. ſ. ſiue ſacerdotalis ſiue pōtificalis: ⁊ regia ſpiritualis. Utrū aūt eis cōueniat poteſtas regia tp̄alis: ⁊ q̄uo ſit vel non. j. patebit. Qm̄ igiꝛ ꝑlati ecclie duplicem habent poteſtatē: cōferenda eſt differentia vtriuſqȝ ptātis in ipſis: vt ex hoc appareat q̄ conueniunt eis ex authoritate ſacerdotali: ⁊ que ex regali preter ꝓdicta.

Prelatorū eccleſie duplex poteſtas.

Ptātis ſacerdotalis ⁊ regalis diſcrimē.

Pertinet aūt ad ſacerdotalē ſanctificare. ad regalē aūt regere. vnde Iſid. ſacerdos a ſanctificando diciꝛ. rex a regēdo. xxj. di. c. j. ver. ſacerdos. Ois quippe ſacerdotalis actus pōt dici ſanctificatio q̄ꝛ per oēm actum ſacerdotalem intendiꝛ ſanctificatio aliqua: vel a culpa: vel a neſcientia ſiue ignorātia ſic ⁊ ois actus regius pōt dici regimē. Sed vt ſpecialius de actibus vtriuſqȝ ptātis dicaꝛ. Sciendū eſt, ꝙ ſacerdos medius eſt inter deum ⁊ ppl̄m. ⁊ ideo illa ſunt ſacerdoti propria ſm̄ que attenditur mediatio inter deum ⁊ hominem: que non eſt aliud niſi coniūctio hominis ad deum. quia medium habet extrema coniungere. homo autem deo coniungitur: qui expurgatur a peccatis que ipſum a deo ſeparant. Eſa. lix. in prin. Iniquitates veſtre diuiſerūt inter vos ⁊ deū veſtrū. hoc aūt vno modo fit per ſacrificia: ideo

Sacerdos ſequeſter inter deū ⁊ ppl̄m.

ad ſacerdotem pertinet offerre ſacrificium pro peccatis populi: necnon ⁊ ſuiipſius inquantum ſubiacet peccato. ad Heb. v. Omnis namqꝫ pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituit in his que ſunt ad deum: vt offerat dona ⁊ ſacrificia p peccatis ⁊c. ⁊ j. Qm̃ ⁊ ipſe circũdatus eſt infirmitate. Et propterea debet quemadmodum ⁊ pro populo: ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis, ad hoc faciunt. j. q. j. ſacerdotes. ⁊ c. ipſi ſacerdotes. iij. queſt. nulli. ad hoc facit Numeri. xvj. vbi dicitur, ꝙ aaron ſacerdos ſtans inter mortuos ⁊ viuentes, pro populo deprecatus eſt ⁊ plaga ceſſauit. Et de eodem aarõ dicitur Sap. xviij. Per incenſum ⁊ deprecationem allegans, reſtitit ire ⁊ finem impoſuit neceſſitati.

Coniungitur etiam homo deo quum in ipſum mente eleuatur. ⁊ hoc fit per orationem. vnde ſm Ber. ⁊ damaſce. Oratio eſt purus mentis aſcenſus in deuz: ⁊ petitio decentium a deo. Ideoqꝫ ad ſacerdoté pertinet pro populo orare: ⁊ vota ⁊ ſupplicationes ⁊ preces populi deo offerre vt iuribus proxime alleg. ⁊ j. Regũ. xij. ibi. Dixitqꝫ vniuerſus populus ad ſamuelem: ora pro ſeruis tuis ⁊c. ⁊ j. Abſit autem hoc peccatum in dño vt ceſſem orare pro vobis. ⁊ Johel. ij. dicitur. Inter veſtibulum ⁊ altare plorabant dñi ſacerdotes dicentes: Parce dñe: parce ⁊c. Coniungit etiam homo deo dum ad eius cognitionem peruenit. vnde ſacerdotum eſt docere populum ſcientiam ſalutis. vnde ſcientia legis coniuncta eſt officio ſacerdotis. Malach. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciẽtiam. xxxvj. di. §. ecce. ⁊ xxxviij. diſ. per totum. ⁊ xliij. diſt. ſit rector. j. q. vij. conuenientibus. extra de renũ. ver. cum pridem. §. pro defectu. extra de eta. ⁊ qua cũ ſit. Coniungitur etiam homo deo quuz ſit particeps diuine gratie: per quam efficitur deiformis ⁊ dei fili[9] per adoptionem. Et ideo ad ſacerdotez pertinet exhibere ſacramenta per que confertur gratia. j. q. j. gequid. c. multi. non tamen ad ſacerdotes omnes pertinet omnium ſacramentorum exhibitio. quum quedam vt ordo ⁊ confirmatio in fronte maioribus ſacerdotibus reſeruentur: qui dicuntur pontifices. xxj. di. cleros. ad hec de conſe. di. v. manus. ⁊ c. nouiſſime extra de elec. ꝙ ſicut. §. preterea. Coniungitur etiam homo per hoc ꝙ ei ſeruit: ⁊ ipſum honorando colit. Et ideo ad ſacerdotes pertinet in ijs que ad dei cultum pertinent: miniſtrare. vnde dicitur ſacerdotibus Numeri. xviij. Excubate in cuſtodia ſanctuarij ⁊ in miniſterio altaris. xxv. di. perlectis. ver. ad preſbyterum pertinet. ad eos etiam pertinet conſecratio ⁊ benedictio eorum, que ad cultum dei ſpectant.

## De actibus qui ad regiam pertinent poteſtatẽ. Quales debeant eſſe reges. Quod in regibus ſcientia requiratur. Cap. 53

Quid ad regiaz ſpectat poteſtatem.

Nunc videndum eſt de ijs q̃ ad regiam poteſtatẽ ſpectãt. Principalis aũt ⁊ precipuus actus regie poteſtatis eſt iudicare. vñ dicit. iij. Reg. x. de ſalomõe: Cõſti tui te regẽ, vt faceres iudiciũ ⁊ iuſtitiam: ⁊ iudicares ſꝫ iuſtitiã. ⁊ in ps. xcviij. Honor regis iudicium diligit. ⁊ Sap. vj. Audite reges ⁊ intelligite ⁊ diſcite iudices finium terre. ⁊ Eſa. xxxj. in prin. Ecce in iuſtitia regnabit rex: ⁊ principes eius in iudicio preerunt. ad hoc expreſſum. xxiij. q. v. regũ. Regũ officium eſt proprium facere iudicium ⁊ iuſtitiã. Hiero. ſuper Hiere. vij. Judicium aũt eſt recta determinatio eius quod iuſtum eſt. vnde iudicare eſt ius dicere. Juſtum autem a iure dicitur. ⁊ inde poteſtas iudicandi iuriſditio dicitur a iure dicendo: ius aũt dicit a iure poſſidendo. extra de verb. ſig. ius dictum eſt. Et qꝛ iudicium eſt recta determinatio iuris ⁊ iuſti: ideo determinatio ⁊ deciſio cauſarum dicit iudicium. ſm illud Prouer. xxvj. Judicium determinat cauſas. ⁊ ſententiare in cauſis eſt iudicare. Et qꝛ inquiſitio eſt via ad iudicium. ij. q. j. deus omnipotens. xxx. q. v. iudicatum eſt. ideo in actu iudicandi comprehenditur inquiſitio ⁊ diſcuſſio eorum circa que cã vertit: ⁊ iudicium expectat. extra de verb. ſig. forus. Et qꝛ determinatio iuſtitie ſepe fit per correctionem ⁊ punitionem: ideo ad iudiciũ pertinet punitio ⁊ correctio malorum. ⁊ econtra premiatio bonorum diſ. iij. oĩs aũt lex. ⁊ di. iiij. facte ſunt. xxiij. q. v. pdeſt. vnde Aug. xiij. li. confeſſio. De ijs iudicare dicitur in quibus poteſtatez corrigẽdi habet. Et corrigere eſt cor regere ⁊ cor dirigere a quo mala procedunt. iuxta illud: Ex corde procedunt adulteria ⁊c. Mat. xv. ⁊ cor prauũ. Chriſti regis eſt regere ⁊ dirigere. iuxta illud ps. v. Dirige dñe deus ⁊c. ⁊ xlvij. di. §. neceſſe. ⁊ actum exteriorez prauum regum mundi: qui mala acta corrigũt. xxiij. q. v. rex debet. Et qꝛ excludi a regni ſocietate penale eſt: ideo pertinet ad iudicium excludere a regno vel introducere. Et qꝛ iudicium fieri debet ſm leges. xj. q. iij. ſummopere. ibi: tunc diuina ⁊ humana lex reſoluatur. iij. qõ. vij. iudicet. ideo ad reges pertinet leges componere: qꝛ eorum eſt iudicare: vel poſitas ab alijs accipere ⁊ promulgare: ⁊ ad earum obſeruantiã inducere ⁊ admonitione verbi ⁊ metu ſupplicij ⁊ promiſſione premij. vnde ⁊ reges dicuntur legiſlatores. vnde in Eſa. de ſummo rege chriſto dicitur: Deus iudex noſter: deus legifer noſter: deus rex noſter. Eſa. xxxiij. faciunt ad hec. ix. di. c. j. ij. ⁊ iij. quod eſt palea. ⁊ x. di. c. j. De iure multiplici legitur di. j. decretorum.

Juſtitia autem eſt conſtans ⁊ perpetua volũtas, ius ſuum cuiqꝫ tribuens. inſti. de iuſti. ⁊ iur. in prin. ⁊ in prin. decre. rex pacificus. §. ideoqꝫ. Ubi ponunt tria precepta legis, totum hominem ordinantia quantũ ad ſe. ibi dicit: vt honeſte viuat. quantum ad proximũ: vñ ſequit: alterũ nõ ledat. quantũ ad deũ: ius ſuũ vnicuiqꝫ tribuat. hec tria etiã ponunt. ff. de iuſti. ⁊ iu. l. j. ⁊ inſti. eo. § iuris pcepta. Hanc aũt iuſtitiam colere ſummum bonum eſt in hac vita. xij. q. ij. cum deuotiſſima. Leges aũt quas ſanciunt reges: tales debẽt eſſe, vt per eas fiant hoĩes boni ⁊ virtuoſi. alias non ſunt leges: ſed corruptiones legũ. Qualis aũt debeat eſſe lex: ponit Iſid. v. li. etymol. ⁊ eſt di. iiij. erit aũt lex dicitur aũt lex: qꝛ ligat hoĩem a male agendo: qꝛ per legem nemo bene agere compellit, ſed male agere phibet. xxiij. q. v. ad fidem. quod intelligo ꝙ p legẽ nemo bñ facere compellit quoad vitam eternam cõſequendã. xxxij. q. v. ſicut enim. ⁊ eſt rõ. ⁊ Aug. in p. c. ad fidem. Nam nemo bene facere poteſt: niſi elegerit niſi amauerit: quod eſt in libera voluntate. ad fidem tñ ſeruandam bene quis compellit. xlv. di. de iudeis xxiij. q. iiij. diſplicet. c. nimium. c. non inuenitur. Compellitur etiam quis ad penitentiam: quod bonũ eſt. xxij. q. j. c. ſi. ⁊ xxxiij. q. ij. qcũqꝫ. intellige vt ibi no. ad hoc ergo debet eſſe intentio regis, iudicis, ⁊ legiſlatoris: vt ſubditi ſm virtutẽ viuant. Ad quod multuz valet doctrina ⁊ eruditio: ⁊ ideo ad reges pertinet docere: ſicut ⁊ de Salomone dicit Eccleſiaſtes vlti.

Juſtitie deſcriptio

Tria legis precepta.

Regis quedã officia.

cum

Quum eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes: docuit po pulum: ꝛ rex Dauid in ps. xxxix. Miſericordiã tuã (al's veritatem tuam) ꝛ ſalutare tuum dixi: ꝛ iteruz ps. l. Docebo iniquos vias tuas ꝛc. Et q: tunc ali quis efficaciter docet: quum id quod docet ipſe ope re implet: q: ſm Greg. Cuius vita deſpicitur: reſtat vt eius predicatio contemnatur. iij. q̃. vij. §. porro. ſub. §. tria. verſi. item Greg. Judicet ille de alterius errore: qui non hꝫ in ſeipſo quod condemnet: cuꝫ. c. ſeq. vſq; ad. §. item. Ideo reges debent leges obſer uare: vt ad eaꝝ obſeruationem ſubiectos efficaciter inducant. ix. diſt. iuſtũ eſt. palea eſt. vnde ꝛ princeps etſi legibus ſit ſolutus humanis. ff. de legi. princeps. ſm tñ leges ſe velle viuere profitetur. C. de legi. digna vos. ff. de leg. iij. ex imperfecto: vnde ꝛ de chriſto dici tur actũ. j. Incepit Jeſus facere ꝛ docere. Quia ve ro ad vitam virtuoſam organice deſeruiunt exterio ra bona: ideo ad regem pertinet ſufficientiam hmõi bonoꝝ: que ad vitam ſunt neceſſaria: procurare: ac prouidere populo: vnde ꝛ paſcere ꝛ nutrire actus eſt regius: vnde ꝛ chriſtus pauit de panibus populum in deſerto. Joan. vj. ꝛ. xxxvj. diſt. §. ecce. ꝛ de Dauid dicitur in ps. lxxvij. Elegit Dauid ſeruum ſuum pa ſcere Jacob ꝛc. ꝛ ſequit: ꝛ pauit eos in innocentia ſua. Ad reges etiam pertinet hmõi bona prudẽter ꝛ iuſte diſpenſare ꝛ diſtribuere proportionaliter ſm vnuſcuiuſq; conditionez: vnde in ps. xlvij. Diſtri buite domos eius. Pertinet aũt ad eos vniuerſali ter diſtributio bonoꝝ exterioꝝ ꝛ officioꝝ que ad or dinationem ꝛ ad perfectionẽ reipublice requirunt ꝛ iſto modo oĩa ſunt regum: diſt. viij. quo iure: facit ad hec. xxiij. q. v. dicat aliquis. Quia vero per vni tatem ꝛ pacem communitas quelibet conſeruatur quia omne regnũ in ſe diuiſum deſolabitur. Mtth. xij. Luc. xj. xxv. q. ij. ſi ea. Ideo pertinet ad regem pa cis vnitatem in ſubiecta ſibi multitudine procurare ꝛ fouere. Perturbat aũt pax multitudinis: aliquã do quidem abintra per nimiã iniuriationem ꝛ iniu ſtam leſionem. c. ex de dona. pp eius: de re iudi. cum te. xc. di. perlatum, aliqñ vero ab extra per violentaz impugnationẽ: extra de reſti. ſpo. cum ad ſedẽ. ca. o lim. j. ideo ad regem pertinet ꝛ ſubiectoꝝ intrinſe cas iniuſtitias tollere: ꝛ contra exteriores aduerſa tione regni communitatem protegere ꝛ defendere: hec probant. xxiij. q. v. principes. ibi. Sepe per regnũ terrenum celeſte regnum proficit: vt qui intra ec cleſiam poſiti contra fidem ꝛ diſciplinam agunt: ri gore principum conterantur ꝛ. j. Nam ſiue augeat pax ꝛ diſciplina eccleſie per fideles principes ꝛc. ꝛ. c. regnum. Quia vero in oĩbus predictis requiritur ſapientia ſiue prudentia: ideo ad dilectionem ꝛ ſtu dium ſapientie precipue reges inducuntur in ſacra ſcriptura: vnde Salomon. Non diuitias: non dies multos aut animas inimicoꝝ ſuoꝝ a dño poſtula uit: ſed ſapientiam ad regendum populum: quod ꝛ dño placuit. iij. Reg. iij. hinc ꝛ Boe. j. li. de conſola. proſa. iiij. ait ad phiam loquens. Tu hanc ſententiã Platonis ore ſanxiſti: beatas fore reſpublicas: ſi eas ſtudioſi ſapientie regerent: vel ſi earum rectores ſtu dere ſapientie contigiſſet. Et maximus Ualerius idem dicit: lib. vij. titu. de ſapienter dictis aut factis. Unde ꝛ aureum ſeculum dicebatur qñ penes ſapiẽ tes regnum erat. ait Seneca epiſtola. xcij. ꝛ in poli crati. li. iiij. dicitur Romanos imperatores aut du ces: dum eoꝝ reſpublica viguit: non memini illitera tos extitiſſe. Et ſcio qño contigit ex quo in principi bus languit virtus literarum: armate milite infir mata eſt manus: ꝛ ipſius principatus quaſi preciſa radix: nec miruz quum ſine ſapientia non valeat ſta re principatus. Prouer. viij. Per me reges regnãt. Et de chriſto dicitur Hiere. xxiij. Et regnabit rex: ꝛ ſapiens erit: ꝛ faciet iudicium ꝛ iuſtitiam in terra. Unde ꝛ rex Romanorum hortatus eſt regem fran coꝝ: vt filios ſuos liberalibus diſciplinis inſtrui pro curaret dicens, ꝙ rex illiteratus quaſi aſinus coro natus: vt in Policrati: lib. iiij. dicitur: vnde Eſa. vj. Uere enim rex ſapiens eſt ſtabilimentum populi: ꝛ ibidem. Si delectamini ſedibus ꝛ ſceptris: o reges populi, diligite ſapientiam, ꝛ ibidem: Diligite lumẽ ſapientie: oẽs qui preſtis populis, ꝛ Eccli. x. Judex ſapiens iudicabit populum ſuum: ꝛ principatus ſen ſati ſtabilis erit, ꝛ ſequitur. Rex inſipiens perdet po pulum ſuum: ꝛ ciuitates inhabitabuntur per ſenſuz prudentium: vnde ꝛ in laudem imperatoris ait So zomenus lib. j. c. j. in hiſtoria tripartita. Aiunt te per diem exerceri armis ꝛ corpore: ſubiectorumq; nego tia diſceptare, iudicare ſimul: ꝛ agere: modo ſeorſum modo publice (al's communiter) que ſunt agenda conſiderare: noctibus vero libris intendere. Et non ſolum in humanis literis: ſed diuinis erit rex ſapiẽs Deut. xvij. Poſtq̃ rex ſederit in ſolio regni ſui: ſcri bet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar a ſacerdotibus leuitice tribus: ꝛ habebit ſecum: legetq; illud oĩbus diebus vite ſue vt diſcat timere dñm deum ſuum: ꝛ cuſtodire verba ꝛ cerimonias eius: que in lege ſcripta ſunt. Jtẽ Ber. ad Eugenium lib. j. Simia in tecto, rex fatuus in ſo lio ſedens. Ex predictis poteſt accipi ꝙ prelatis ec cleſie veraciter conuenit ſacerdotalis ꝛ regalis pote ſtas: ipſi enim ſacerdotes: vt dictum eſt: ſacrificia of ferunt, pro populo intercedunt: populum erudiunt: ſacramenta diſpenſat: in diuino cultu miniſtrant: ꝛ que ad dei cultum applicantur: benedicunt ꝛ conſe crant. Ipſi etiam veri ſunt reges: quia ipſi ſunt veri ſpũales iudices in criminibus ꝛ in cauſis ſpũalibꝫ. xj. q. j. per totum: extra de iudi. etſi clerici. c. cum non ab homine. Ipſi cauſas determinant: ꝛ ſententiant ipſi corrigunt, ꝛ puniunt: ipſi ligant ꝛ ſoluunt: xj. q. iij. per totum: ipſi celum claudunt ꝛ aperiunt. Clau ditur enim celi regnum alicui quum a peccato ſubia cet: apperitur aũt quum a peccato purgatur. xxiij. q. j. quodcunq; xj. q. iij. nihil. Ipſi etiam peccata re mittunt: de peni. diſt. j. quem penitet. Joan. vlti. qđ etiam habetur Lu. v. vñ ſuper illud Marc. ij. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus? dicit gloſ. Solus iudex oĩum poteſtatem hꝫ dimittendi pecca ta: quia per eos quoq; dimittit quibus dimittendi tribuit poteſtatem. Ipſi penam relaxant ꝛ taxant. xxvj. q. vij. tempora. Ipſi excõicant ꝛ abſoluunt. xj. q. iij. per totum. Ipſoꝝ iudicio repellunt homines a celoꝝ regno: vel admittuntur ad illud quũ ſint chri ſti vicarij. xxxiij. q. v. mulier. Ipſi ſunt legum poſito res ex de maio. ꝛ obe. c. ij. Ipſi doctores. xciij. di. nul la ratione: ibi: qui ſuis doctoribus qui recte epi in telliguntur. Ipſi diſpenſatores: vt ait apoſtolus. j. ad Cor. iiij. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chri ſti ꝛ diſpenſatores: miniſtroꝝ dei. xliiij. di. diſpenſatio Ipſi diſponunt ꝛ ordinant miniſtros diuini cultus ꝛ alia que ad cultum dei adhibentur. xxv. di. perle ctis. verſi. ad epm. Ipſi eccleſiaſtica beneficia diſtri buunt. x. q. j. quaſi per totum: ꝛ ex de inſti. ꝛ de pre ben. quaſi per totum. xvj. q. j. doctos moderamine.

Eccleſie ꝑlatis cõ uenit ſa cerdota lis ꝛ rega lis ptãs,

UNED

extra de hereticis:cum ex iniuncto.§.fi. Ipſi paſtores:vt.s̃.allegatum eſt.ꝛ.ij.q.vij.cura paſtoris.ꝛ.j.q.paſtor:ꝛ.xliij.di.ſit rector.Vere igitur ſunt ſacerdotes ꝛ reges:quibus conueniunt actus vtriuſqꝫ poteſtatis:vnde ꝛ in conſecratione epi dicitur:Epm opꝫ iudicare ꝛ interpretari:ideſt docere vel interpretari quod dubie determinat:conſecrare,confirmare,ordinare,offerre ꝛ baptizare:ꝛ ſic habent pontificaleꝫ ꝛ regiam poteſtatem:ꝛ habēt poteſtatem iuriſdictionis ꝛ ordinis. Iudicare enim iuriſdictionis eſt:extra de elec.tranſmiſſam:conſecrare ꝛ confirmare in fronte ꝛ ſimilia ſunt ordinis.e.tit.noſti.ꝛ.c.ꝙ ſicut. Eſt aūt in eis hec duplex poteſtas ad inſtar angelicoꝝ ſpirituum:in quibus eſt duplex poteſtas . Vna quaſi ordinis:ſm q̄ꝫ conuenit eis purgare,illuminare:proficere.Alia vero quaſi iuriſdictionis:ſm quaꝫ conuenit eis cuſtodire ꝛ gentibus ac prouincijs prouidere ꝛ preſidere:pp quod eccleſie prelati angeli aliquando dn̄r:vt dicit Dionyſius in lib.de angelica hierarchia:ad hec Apoc.j.in fi.vij.ſtelle angeli ſunt.vij.eccleſiarum.ꝛ.c.ij.ꝛ.iij.vbi loquit̄ de iſtis.vij. angelis:ideſt ſeptem prelatis eccleſiaruꝫ:quas ibi enumerat.ix.q.iij.ꝛ angelo epheſi.j.ad Cor.xj. Ideo dꝫ mulier velamen ſumere ſuper caput ſuum pp angelos:id eſt ſacerdotes.xliij.diſt.ſit rector.ibi:qꝛ angelus dn̄s exercituum eſt. Malach.ij. Conſiderandum eſt aūt ꝙ ex dictis poteſt ſummi quidaꝫ diſtinctio actuum vtriuſqꝫ poteſtatis.Sunt quidam pure ſacerdotales:vt ſacrificium offerre ꝛ orare:at dictuꝫ eſt:ꝛ hos pn̄t exercere qui nullam iuriſdictioneꝫ habent:dummodo hn̄t ſacerdotalem ordinem:vt ſunt ſacerdotes non curati.xvj.q.j.§.ecce.Quidam vero ſunt actus pure regales:qꝛ eos exercere pn̄t habentes iuriſdictionem ſpūlem abſqꝫ ſacerdotali ordine:vt iudicare in cauſis ſpūalibus extrinſecis:ꝛ ſpūalē penam inferre,ꝛ corrigere,ꝛ punire:extra de offi.archid.ad hec.xxv.di.perlectis.verſi. archidiaconus. Quidam vero ſunt actus cōes vtriqꝫ poteſtati.ſ.ſacerdotali ꝛ regali:qꝛ ad vtranqꝫ pertinent diuerſimode:pp quod nec habens ordinem ſine iuriſdictione:nec habens iuriſdictionem ſine ordine: pōt hos actus exercere hmōi aūt actus eſt abſolutio peccatoꝝ:pertinet enim:actus iſte ad ptātem ſacerdotalis ordinis:hac ratione,vt doctores tradunt: qꝛ ad eādem potentiā pertinet tribuere aliq̄ꝫ perfectionē:ꝛ parare mām̄ ad ſuſceptionem illius perfectionis. Poteſtas aūt ordinis ſacerdotalis ad hoc ſe extendit:vt conficiat ſacramentum corporis chriſti ꝛ fidelibus tradat ad eoꝝ ſpūalem perfectionem.j.q.j.ſacerdotes.ꝛ.c.multi.quare opꝫ vt eadē potentia ſe extendat ad hoc ꝙ fideles reddat aptos ꝛ cōgruos ad huius ſacramenti ſuſceptionem:quod fit per purgationem a peccato:de conſe.di.ij.que ſcelerate:nam effectus iſtius ſacramenti eſt vnire chriſto:de conſe.diſt.ij.in chriſto pater:cui vniri non poteſt quis niſi per immunitatē a peccato quod a deo ſeparat. Eſa.lix.in prin. Iniquitates veſtre diuiſerunt ꝛc.opꝫ ergo ꝙ ſacerdotalis ptās extendat ſe ad remiſſionem peccatoꝝ:pp diſpenſationem illoꝝ ſacramentoꝝ: q̄ ordinantur ad peccati remiſſionem.cuiuſmodi ſunt baptiſmus ꝛ penitentia.Sed ad ptātem iuriſdictionis pertinet hic actus ratione materie circa q̄ꝫ exercet̄,que mā ſunt ipſi fideles:actus enim iſte non pōt exerceri circa aliquos,niſi ipſi efficiant̄ ſubditi illius qui hunc actum exercet:extra de paroch. nullus: ex̄ de pe.oīs.vj.q.iij.ſcitote:hoc aūt non fit niſi per potentiam iuriſdictionis:ꝛ ideo ſolet dici cōiter:ꝙ clauis dat̄ cum ordine:ſed executio indiget mā debita que eſt plebs ſubdita per iuriſditionem:vnde anteq̄ꝫ aliquis habens ordinem habeat iuriſditionem: hꝫ quidem clauem:ſed non hꝫ vſum vel actum clauis:ꝛ inde eſt ꝙ non quilibet ſacerdos poteſt vti claue q̄ꝫ hꝫ circa quemlibet:ſed ſolum ad illos que ad eiꝰ iuriſditionem pertinent:vel ordinarie:vel ex cōmiſſione:vel ex aliquibus caſibus. Solius aūt ſummi pontificis eſt poſſe vti claue in quemlibet:qꝛ oēs fideles ad eius iuriſditionem pertinent ordinarie.ix.q.iij.cuncta cum ſeq. Et ex eadem rōne diſpenſatio quorumcūqꝫ ſacramentoꝝ potentiam iuriſditionis requirit reſpectu fidelium quibus diſpenſat̄: ad hāc mām̄ faciunt.j.q.j.ꝙ quidam.§.ex his verbis.verſ.opponitur.ibi:ſed ne Aug.xvj.q.j.§.ecce in hoc capi.ibi expreſſum.ꝛ.§.ecce ſufficienter: extra de ordi.ab epo:qui re.c.j.ꝛ de renun.ad ſupplicationē.ꝛ.c.poſt tranſlationem.§.cum ergo,ꝛ op.c.extra de cler.peregri.tue.ibi.non debes eos permittere tuis plebibus celebrare:ꝛ quod legitur ꝛ no.extra de pen.ꝛ remiſ.oīs.§.quis.ibi.alieno:ꝛ in glo.executionem habenti:vbi etiam de hoc:ꝛ op.fac.xxiiij.q.j.§.his aūt authoritatibus. Poteſt ꝛ aliter dici q̄uo remiſſio ꝛ abſolutio peccatoꝝ precipue in foro penitētie pertinet ad vtranqꝫ ptātē diuerſimode. Nā prout hmōi abſolutio ordinat̄ ad ſanctificationē hoīs:ad recōciliationē cū deo:ſic pertinet ad ptātē ſacerdotalē:ſanctificare enim deo:ꝛ reconciliare ſacerdotis eſt:vt. s̃. dictū eſt:prout aūt in hmōi abſolutionem hꝫ eſſe iudiciū quod dam,ſic pertinet ad ptātem regalem vel iuriſditionis. Nam iudicare actus eſt regie ptātis:vt.s̃.patet.Sacerdos aūt confeſſionem audiens.ꝛ a peccatis abſoluens:ꝛ pro culpa penam imponens: iudiciariā exercet ptātem vice chriſti:qui eſt iudex viuoꝝ,ꝛ peccatoꝝ.xxiij.q.v.remittunt̄:de conſe.di.iij.aliud:de peni.di.j.verbum.Ad hmōi vero ptātem iudiciariam re quirit̄ authoritas cognoſcendi de culpa:ꝛ poteſtas abſoluendi vel condemnandi: ꝛ he ſunt due claues quas chriſtus Petro. Matt.xvj.commiſit.ſ.ſcientia diſcernendi:ꝛ potentia ligandi ꝛ ſoluendi,ad hoc.xxj.di.§.j.ꝛ extra de conſan.c.j.in fi.ſic aūt ei commiſit:vt per eum deriuaretur ad alios:ꝛ ideo dicitur ꝙ in petro date ſunt:toti eccleſie claues:vt dicit Aug.ſuper Ioan.ꝛ eſt.xxiiij.q.j. quodcūqꝫ.Et qꝛ pp ſalutem fidelium date ſunt:ideo nulli poteſt eſſe ſalus niſi clauibus eccleſie ſe ſubijciat.xxiiij.q.j.§.ſi autem.ꝛ.c.quicunqꝫ:que ſm plenitudinem ſunt apud ſucceſſorem Petri Romanum pontificem:ꝛ totius eccleſie paſtorem.xxiiij.q.j.qm̄. ibi:cum ſucceſſore piſcatoris ꝛc.ix.q.iij.cuncta.xxiiij.q.j.§.ſi autem ibi. Petro pro oībus ꝛ pre oībus. Similiter actus qui eſt docere ad vtrāqꝫ ptātem pertinet. Nam prout doctrina ordinat̄ ad purgationem mentis ab ignorantia vel neſcientia:ad iuſtificationem interiorem diſpoſitiue:ſm illud Ioan.xv. Iaꝫ vos mundi eſtis pp ſermonem quem locutus ſuꝫ vobis:ſic pertinet ad ſacerdotalem ptātem:prout in ea comprehenduntur etiam inferiores ordines:qꝛ etiā diaconiꝰ pn̄t docere.xciij.diſt.diaconus vero: ibi loquatur ꝛc.diaconi ſunt:circa princ.ibi docentes ꝛc.ꝛ.j.ipſe predicat:vnde ꝛ ordo diaconoꝝ dꝫ illuminatiuus:prout aūt ordinat̄ ad directionem exterioꝝ actuum:ſic pertinet ad regalem.Et quod dictum eſt de actu docendi:intelligendum eſt de doctrina publica:que fit in eccleſia ad ſalutem fidelium.priuata

Duplex ſacerdotū inſtar angelorum poreſtas.

vero

vero doctrina:que fit ad vnum vel paucos per mo-
dum familiaris collocutionis,non requirit ordinẽ
vel iuriſdictionez. Nam tali doctrina priuata poteſt
docere mulier ⁊ laicus.j.Cor.xiiij.xxiij.diſt.mulier.
ibi.in conuentu:ideſt pulpito exponit:ergo al's pōt a
ſenſu contra:nec eſt contra:extra de hereticis: cuz ex
iniuncto.j.reſponſo.ibi.occulta conuenticula. q2 ibi
loquit de conuenticulis que ſuſpecta ſunt.C. de epis
⁊ cleri.conuenticula. Similiter aũt conferre ordi-
nes eccleſiaſticos:⁊ alij plures actus ptãtem ordi-
nis ⁊ iuriſditionis requirunt.Sed attendenduz ꝙ
eoꝝ que vtraqꝫ poteſtatem reſpiciunt:quedam con-
ueniunt ſacerdotibus oibus:tam minoribus quam
maioribus:vt baptizare,predicare,ſoluere,⁊ ligare.
xvj.q.j.adijcimus.c.ex authoritate.c.ſunt nonnulli.
Quedam vero conueniunt ſolis maioribus.ſ.epis
qui ſpũalem habent conſecrationem:vt clericos or-
dinare:⁊ plura alia facere:extra de ele.ꝙ ſicut.lxviij.
di.quãuis. Huius aũt duplicis ptãtis ſacerdotalis

*Duplicis ptãtis ſacerdotalis ⁊ regalis initium.*

⁊ regalis ſpũalis connexio initium habuit ⁊ in ve-
teri teſtamento.Sacerdos nãqꝫ ſummus aliquid ha
bebat de regia ptãte ſpũali:q2 non ſolum ſacrificia
offerebat,⁊ pro populo orabat:ſed etiam de aliqui-
bus iudicabat que erant figura ſpũalis. Judicabat
enim de lepra:per q̃ ſignificabat peccatum.xj.q.iij.
q̃uo:de peni.diſt.j.§.hoc idez.ibi.a lepra peccati mũ
damur.⁊.§.ex his itaqꝫ.verſi. Moyſi q̃ Leui.xiij.
extra qui fi.ſint leg.per venerabilem.§.rõnibus. Ju
dicabat etiam inter ſanctum ⁊ profanum,mundum
⁊ immundum:vt pre.§.rõnibus:⁊ licet hoc iudiciuz
eſſet de immunditijs carnalibus:he tñ immuuditie
figura erant immunditiarum ſpũalium.ſ.peccatoꝝ
xxxiij.q.ij.hoc ipſum. Et ideo licet nõ haberent cla
ues regni celoꝝ:q2 eoꝝ ptãs non ſe extendebat ad
celeſtia:tñ in eis preceſſit figura clauium: q2 ptãs eo
rum erat in his que figura erant celeſtium:q2 oia cõ
tingebant illis in figura.j.ad Cor.x.de conſ.diſtin.ij.
reuera.Legalis quippe ſacerdos iudicabat aliquos
dignos vel indignos ingreſſu tabernaculi mãus.vt
Leui.xiij.quod figurabat celeſte tabernaculuz non
manufactum.Heb.x.cuius claues nunc ſunt in eccle
ſia.Judicio quoqꝫ ſacerdotis arcebant quidaz a cõ
ſortio alioꝝ ⁊ ſeparabantur a ſocietate ⁊ coniunctu:
in quo ſeparatio que nunc fit per excõicationem fi-
gurabat.xj.q.iij.audi. Reſtat aliquid dicere de prio

*Utraptãs prior.*

ritate harum duarum poteſtatum.Sacerdotiũ qui-
dem quod fuit in lege nature:tempore preceſſit pote
ſtatem regiam non ſolum ſpũalem:ſed etiam tempo
ralem.Abel.n.offerendo ſacerdotale officiũ exercuit:
⁊ ſacerdos fuit ſm Augu.ſicut tetigi.ſ.parum poſt.
prin.iſtius operis in ca.xxxvj.nec tñ erat in hoibus
regia poteſtas ſpũalis:nec etiam temporalis. Pote
ſtatem aũt regiam terrenam:ſubſecutũ eſt: prout hz
eſſe cõiter in humano gñe:prius enim inſtituti ſunt
reges ⁊ appellati:q̃ eſſet Aaron:a qu o legale ſacer-
dotium ſumpſit exordium.vt.ſ.dictum eſt.xli.c.ver.
in primis.Sed quantum attinet ad Jſraeliticũ po-
pulum:⁊ ad inſtitutionem diuinam ſpũalem. Ante
fuit ſacerdotium:q̃ inſtituerentur in populo illo re-
ges ſub nomine regis.Aaron eniz multis annis pre
ceſſit Saulem,qui fuit primus rex in Jſrael:vt.ſ.di
ctum eſt Moyſes tñ qui officium regis exercuit in
populo illo:licet non vacaret ex: contemporaneus
fuit Aaron quãuis ⁊ ipſe Moyſes fuerit ſacerdos:
ſm illud ps.xcviij. Moyſes ⁊ Aaron in ſacerdoti-
bus eius.xxij.di.c.ij.vbi dicit glo.ꝙ Moyſes dicit
ſacerdos:q2 etſi non hoſtias,vota tñ populi obtulit
deo,⁊ populo ſupplicauit.xxxvj.di.ſi quis vult:⁊ de
hoc.xxj.di.§.j.in glo. cum ergo verſi. item videt. ⁊.
lxvj.diſt.porro.in gloſ.ad certi loci.vnde ⁊ mediator
⁊ ſequeſter dictus eſt chriſtum figurans mediatorez
dei ⁊ hoium.x.di.qm̃ vnde Jſid in lib. de perſonis
eccleſiaſticis querendo dicit.Cuius figurã faciebat
Moyſes:ſi enim filij Aaron preſbyteroꝝ figuraz fa
ciebant.Aaron aũt ſummi ſacerdotis.ſ.chriſti.xxj.di.
§.j.Moyſes.Et rñ.ꝙ indubitãter p oia chři.qm̃ in
eo fuit ſimilitudo mediatoris dei ⁊ hominum, hoc
eſt expreſſum,de peni.diſt.iij.inter hec hircum.ij.qui
eſt verus dux populoꝝ. Mat.ij. ibi.Ex te eniz exiet
dux.⁊ eſt verus princeps ſacerdotum.j. Pet.v. ibi.
princeps paſtoꝝ q2 ipſe ſacerdos ſummus:extra qui
fi.ſint legi:per venerabilem.§.rõnibus:⁊ dñs ponti
ficum. Sacerdotium vero euangelicum ſimul fuit
tempore cum ptãte regia ſpũali:chriſtus enim ſimul
conſtitutus eſt rex ⁊ ſacerdos.x.di.quoniã apoſtolis
quoqꝫ ſimul a chriſto communicata eſt vtraqꝫ ptãs
regia tñ ptãs terrena preceſſit euangelicum ſacerdo
tium.Quãuis dici poſſit ꝙ ſm perfectam inſtitutio
nem huius ptãtis regalis ſubſecuta ſit ſacerdotium
euangelicum:⁊ ptãtem regiam ſpũalem per q̃ inſti
tuit:ſicut.j.patebit. De comparatione aũt ſm prio

*Utra iſtarum dignior.*

ritatẽ dignitatis.Conſiderandum eſt ꝙ ptãs regia
ſpũalis ſuperior ⁊ dignior eſt q̃ ſacerdotalis. Jn ſa
cerdotio enim non importat preſidentia ⁊ prelatio
ſicut in nomine regis:ſed importatur mediatio ⁊ mi
niſterium.Sacerdos enim habet rõnem medij : rex
aũt hz rõnem principij ⁊ mouentis ⁊ finis, vnde ⁊
chriſtus dignior eſt ⁊ ſuperior eſt inquantum rex:q̃
inquantum ſacerdos:eſt enim ſacerdos inquantuz
homo.Rex aũt eſt inquantum deus ⁊ inquantum
homo.Sacerdos eſt ſe offerẽdo ⁊ reconciliando:ad
Heb.vij.rex eſt iudicando ⁊ ad regnũ introducẽdo.
Mat.xxv.ibi:tũc dicet rex:⁊ ſic maior dignitas im
portat ex eo ꝙ dñ:q̃ ex eo ꝙ ſacerdos . Quare ⁊ in
prelatis eccleſie ſuperior eſt ptãs regalis ſpũalis q̃
dicitur iuriſdictionis:q̃ ſacerdotalis que dicitur or
dinis:vnde archidiaconus:qui eſt diaconus ratio-
ne iuriſdictionis eſt ſuper archipreſbyterum qui eſt:
preſbyter:quum tñ non habeat totalez iuriſdictionẽ
ad hoc.xxv.di.perlectis.§.archypreſbyter. Archipre
ſbyter vero ſe eſſe ſub archidiacono:eiuſqꝫ preceptis
⁊c.extra de offi.archid.ad hoc verſi. archipreſbyter
⁊c.⁊ no.xxj.di.in nouo.facit.ij.q.vij.puto: vñ hodie
etſi eps maior ſit ordine ⁊ conſecratione q̃ cardina
lis:diaconus,vel preſbyter,cardinalis tñ ſuperior ſe
det:⁊ maior dignitas reputat:quicquid vocet.Joã.
ij.q.vij.quãquam. Si aũt circa hoc obijciatur:ꝙ po
teſtas ordis ſacerdotalis eſt circa corpus chriſti ve-
rum quo nullum maius:de conſe.di.ij.nihil in ſacri-
ficijs.⁊.j.q.j.multi poteſtas vero iuriſdictionis circa
corpus myſticum:quod ſunt fideles:quare ſacerdo
talis poteſtas eſt dignior.Dicendum ꝙ ſacerdos dř
habere poteſtatem ſuper corpus chriſti verum : in-
quantum hz poteſtatem alicuius miniſterij ab hoc
vt:ſubſtantia panis ⁊ vini conuertatur in veruz cor
pus ⁊ ſanguinem chriſti:dum profert verba:quoruz
virtute fit hec benedicta conuerſio:extra de ſum.tri.
c.j.§.vna.verſi.⁊ hoc de conſe.di.ij.q2 corpus.verſi.
nã ⁊ inuiſibilis ſacerdos.⁊.c.panis eſt in altari. ibi.
Ubi aũt ſacramentum conficitur:iam non ſuis ſer-
monibus ſacerdos:ſed vtitur ſermonibus chriſti er-
go ſermo chriſti conficit ſacramentuz,non tñ habet

UNED

poteſtatem iudiciariam ſuper verum corpus chriſti:
ſicut hñt ſuper fideles:ꝛ illi quibus commiſſa eſt iu-
riſditionis poteſtas:ꝛ ideo non ſequit ꝙ ſacerdota-
lis ſit ſuperior:Vel poteſt dici ꝙ ẜm aliquid ſacerdo
talis poteſtas eſt dignior q̃ꝫ ptãs iuriſdictionis:ſim
pliciter aũt ptãs iuriſdictionis eſt dignior. Poteſtas
aũt regia temporalis inquantum temporalis eſt:eſt
inferior ꝛ minus digna eſt quã ſacerdotalis q̃ ſpũa-
lis eſt,ſed poteſt eſſe ſuperior ea:vel inquantum hu-
iuſmodi ptãs regia inſtrumentuꝫ eſt rege poteſtatis
ſpũalis:que ſuperior eſt ſacerdotali.ca.bo.xxiij.q. v.
princeps.ꝛ.c.adminiſtratores:vel prout ſacerdota-
lis aliqua perſona:in aliquibus temporalibus:qui-
bus vtitur:dependet a rege terreno.c.ad hoc.xxiij.q.
viij.§.ecce.

**De gradibus ꝛ inequalitate vtriuſqꝫ poteſtatis : ꝛ diuerſis perſonis eas habentibus. Quomodo apud Gentiles erant gradus: ꝛ in teſtamento veteri ꝛ nouo. Cap. 54.**

Vtriuſqꝫ poteſtatis diuerſitas

Nunc de gradibus ꝛ inequali-
tate vtriuſqꝫ poteſtatis in di-
uerſis perſonis eas habentibꝰ
dicendum eſt:In vtraqꝫ enim
poteſtate inuenitur ſuperius ꝛ
inferius:ꝛ maius ꝛ minus: ac
per hoc gradus ꝛ inequalitas.
Sacerdotalis ſiquidem pote-
ſtas quantum ad aliud eſt equalis in oĩbus ſacerdo
tibus:ꝛ quantũ ad aliud inequalis. Nam quantũ
ad actum conſecrandi:quem hꝫ ſacerdos circa cor-
pus chriſti verum:equalis eſt ſacerdotalis ptãs in
omnibus eam habentibus:ſed quantum ad actus
quos hꝫ ſacerdos circa corpus chriſti myſticũ.ſ.cir-
ca fideles:cuiuſmodi actus ſunt baptizare,ſoluere,ꝛ
ligare:inuenitur inequalitas in ptãte ſacerdotali,ꝛ
quidam ſunt alijs ſuperiores:vt epĩ qui ꝛ pontifices
dñr.xxj.diſt.cleros:ad actus enim predictos exercen
dos requiritur non ſolũ ſacerdotalis ordo : ſed etiã
iuriſdictio:vt in c.prece.s̃.dictuꝫ eſt q̃ꝫ iuriſdictionẽ
ſacerdotes inferiores non habent:niſi per ſuperioꝝ
commiſſionem.ſ.epõꝝ.xvi.q.j.§.ecce in hoc.c.ge-
neraliter.§.ecce ſufficienter:ꝛ cunctis fidelibꝰ. Alio
modo poteſt accipi gradus in ptãte ſacerdotali,naꝫ
in epĩs eſt ordo ſacerdotalis ẜm perfectionem quã-
dam. Perfectum enim dicitur aliquid quum poteſt
aliquid produceret bonitatem ſuam alij communi
care.Epĩ aũt non ſolum habent ordinem ſacerdota
lem in ſeipſis:immo ꝛ alijs huius ordinis poteſtatẽ
tradunt:ipſi enim alijs diſpenſant ſacramentum or
dinis:extra de elec.q̃d ſicut.lxvij.di.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.lxviij.
di.preſbyteri.ꝛ.c.quãuis cor epĩs:vbi ponitur gra-
dus inequalitas.ꝛ in quibus inter cor epõs : ꝛ pre-
ſbyteros:ex vno latere:ꝛ epõs:ex altero.nam (vt ibi
dicitur)etſi conſecrationem.ſ.ſacerdotalem habent
primi:pontificatus tñ apicem non habent. Et licet
hmõi diſpenſatio requirat ptãteꝫ iuriſdictionis:per
tinet tñ ad poteſtatem ordinis ſacerdotalis perfectã
ꝛ pp perfectionem ſacerdotij dicuntur epĩ ſuperio-
res ſacerdotes:pp quod eis tamquã perfectioribus
ꝛ ſuperioribus quedam ſpãliter reſeruant:vt pre.ca.
quãuis cor epĩs.ꝛ.xciij.di.legimus,ibi.quid eniꝫ fa
cit excepta ordinatione epẽs?ꝛ.j.ad fin.preſbyter : ꝛ
epẽs:aliud etatis:aliud dignitatis eſt nomen. Quic-
quid enim arduum circa fideles agendum eſt:exce-
ptis reſeruatis pape:ad epõs pertinet quoꝝ authori
tate minores ſacerdotes pñt id q̃d eis agendum cõ-
mittitur.xxv.di.perlectis.verſi.ad epm̃ pertinet: vñ
ꝛ in ijs que agunt vtunt rebus per epm̃ conſecratis
vt ibi. In ſignum aũt perfectioris poteſtatis:adhi-
betur epõ conſecratio ſpetialis:de qua extra de ſacra
vnc.c.j.in qua quidem confertur ei aliqua ſpecialis
poteſtas reſpectu quarundam actionum ſacrarũ:vñ
epãtus ordo quidam eſt ſupra ſacerdotiuꝫ:prout or
do eſt officium quoddam reſpectu quarumcũqꝫ a-
ctionum ſacrarum:ꝛ ſic ſumit.xxj.diſt. cleros.verſi.
ordo vero epoꝝ:ꝛ extra de renun.poſt tranſla.§.cuꝫ
ergo.ibi.ꝛ non ordini.ꝛ.lxviij.diſt.ſicut. ibi tñ ordo
ſeruetur.ꝛ.lxvj.di.porro.ibi ordinatus:ꝛ ibi,epẽs or
dinet:ꝛibi.ordinatio.ꝛ.xliiij.di.lxv.lxvj.quaſi in oĩ-
bus.c.conſecratio epiſcopoꝝ vocat ordinatio : licet
non ſit ordo ꝓut ordo eſt ſcr̃m quoddaꝫ:vt ſumitur
j.q.j.§.ſed notandum:vbi de ſacramentis legitur ꝛ
no.ꝛ.§.ecce cum honoris. Eſt enim epẽs ſuperior nõ
ſolum pp iuriſdictionem:ſed etiam pp ordinẽ ſacer
dotalem quem habet modo perfectiori : vñ ad oẽs
ſacerdotes cõiter pertinet catachizare:de conſe. diſt.
iiij.catachiſmi.baptizare.e.di.venit ſacerdos:predi-
care.xvj.q.j.adijcimus:conficere.j.q.j.ſacerdotes ſol
uere ꝛ ligare:de peni.di.j.verbum. Sed ap pontifi-
ces ſpectat clericos ordinare : virgines benedicere
epõs alios conſecrare:manus imponere ſiue confir
mare:ſynodos celebrare:baſilicas dedicare:degradã
dos deponere:chriſma conficere:veſtes ꝛ vaſa conſe
crare:ad hec extra de ele.ꝙ ſicut.xx.q.j.deuotis.lxvj.
di.porro.de conſe di.v in primis.xij.capitulis.xviij.
di.c.vlt.de conſe.di.j.miſſarum.c:nullus.extra de iu
di.cum non ab homine:extra de pe.degradatio.lib.
vj.xcv.di.preſbyteros:vbi etiam aliqua enumerant
que epõ pertinent:de quibus preſbyteri non habẽt
ſe intromittere.xxiij.diſt.ſanctimonialis.xxv.di.per
lectis.verſi.ad epm̃:de conſe.di.j.conſulto. Iſte con-
cor.referende ſunt ſingule ſingulis dictionibus tan
gentibus officiuꝫ epĩ proxime poſitis. Eſt itaqꝫ gra
dus ꝛ inequalitas in ſacerdotio:dum quidam ma-
iores quidam minores dñr.xxj.diſt.cleros.xcv.diſt.
olim. Et hmõi inequalitas omni fere tempore fuiſſe
legitur in ſacerdotio. Nam ante legem dataꝫ:vt In
noc.iij.refert.multi erant ſacerdotes minores:quos
Chananeos vocabant cõiter:vnus aũt erat ſummꝰ
ſacerdos:quẽ vocabant ſpãliter arabarchuꝫ.arg.ad
hoc.lxxx.di.in illis. Poſt legem vero datam:Aaron
ſummus ſacerdos:fuit:filij vero eius minores ſacer
dotes miniſtrantes ſub eo.xxj.di.§.j. Apud Genti
les quoqꝫ ſacerdotes minores erant : qui dicebant
flamines:quaſi filamines:a filo quod portabant in
capite.xxj.di.cleros verſi.ſacerdotes aũt: ꝛ maiores
qui archiflamines dicebantur quaſi principes fla-
minũ:vel protoflamines:a proto quod eſt primum.
xxj.di.§.j.vt p̃.c.in illis. In nouo ẽt teſtamẽto chr̃us
ipſe maiores ꝛ minores inſtituit.ſ.xij.apl̃os : quoꝝ vi
ces obtinent in eccleſia epĩ.lxviij.diſt.quorum vices.
xij.q.j.videntes.ibi:epoꝝ qui locũ tenent apoloꝝ:
ex̃ de ſacra vnc.c.vnico.§.a chr̃o.ibi:qr de ſolis apl̃is
legit:quoꝝ vicarij ſunt epĩ ꝛc.ꝛ.xxj.di.in nouo.ibi
ipſis quoqꝫ decedentibꝰ in eoꝝ locũ ſurrexerunt epĩ
ꝛc.ꝛ lxxij.di.diſcipulos:quibus ſuccedunt preſbyte
ri ſiue minores ſacerdotes:qui ſunt maioribus au-
xilium operis ad hoc vt inſtitutio fidelium facilius
ꝛ vtilius gubernetur.xcv.diſt.ecce ego. Petrum ve
ro in ſummum ſacerdoteꝫ elegit ſuper alios pro om

Sacerdotũ officia.

Epoꝝ officia.

Gentiles ſacerdotes.

Noui teſtamẽti ſacerdotes.

nibus

nibus ⁊ pre omnibus:hec probantur.xxj.diſt.§.j.⁊
pre.verſi.in nouo.⁊.xciij.di.legimus. vbi Hierony.
vocat etiam presbyteros ſucceſſores apoſtoloꝝ.ibi.
ceterum oẽs ſucceſſores apoſtoloꝝ ſunt:ſed hoc ve-
rum eſt quoad ſacramentoꝝ diſpenſationem: ⁊ not.
in pre.c.videntes:ſic etiam intelligitur.xciij.di.dñs.
ibi.apoſtolos:ideſt ep̄os ⁊ presbyteros dñs elegit.
Item ſicut in veteri teſtamento aliqua erant pro-
pria ſummo ſacerdoti,tam in actionibus:quã veſti-
bus ⁊ ornamentis:vt in multis capitulis ⁊ in Leui
tico continetur. Ita ⁊ in nouo ep̄i habent ſupra mi-
nores ſacerdotes ⁊ ſpecialia opera:vt probatuꝫ eſt.
⁊ ſpecialia ornamenta que ſunt ſigna ſpecialis po-
teſtatis eoꝝ:extra de priuile.vt apoſtolice.lib.vj.ex-
tra de ſacra vnc.c.j.§.fi:xliiij.diſt.ſit rector.ibi veſti-
menta etenim ſacerdotis.Quamuis aũt in ſacerdo
tio ſit gradus ⁊ inequalitas,in poteſtate tñ pontifi-
cali gradus non eſt quantum ad ea que ſunt ordi-
nis ep̄alis:oẽs enim ep̄i ſunt equales:quantum ad
ea que ſunt ep̄alis ordinis:quantuꝫ vero ad ea que
ſunt iuriſdictionis non ſunt equales:ſed ſunt grad⁹
in eis:vt patet.xxj.di.cleros:vnde conſequens eſt vi
dere de hmõi gradibus. Poteſtas nãqꝫ regalis que
iuriſdictionis eſt:non eſt equalis in oĩbus habenti-
bus eam:ſed ſm̄ gradus quoſdam inuenitur in eis:
⁊ hoc verum eſt in vtraqꝫ poteſtate:regia.ſ.tam tem
porali ꝙ̃ ſpirituali. In regia quidem poteſtate tem

**Gradus regie poteſtatis temporalis.**

porali gradus eſt:dum quidã reges ſuperiores ſunt
alijs regibus:⁊ reges ſuperiores ſunt ducib⁹ ⁊ alijs
gradibus poteſtatuꝫ:qui aliud participant de regia
poteſtate:licet non dicantur regis.j. Pet.ij.ad hoc
ex̄ de maio.⁊ obe.ſolite.ibi:ſiue ducibus tanꝙ̃ ab eo
miſſis.xcv.di.eſto.ibi.Cur ergo inquit te habeaꝫ vt
principem:quum tu non habes me ſicut ſenatoreꝫ?
⁊ iſta graduuꝫ diſtinctio bene probatur.xj.q.iij.qui
reſiſtit:⁊ extra de elec.fundamenta.§.vt ergo:ibi nul
lus imperator:ſeu rex Romanoꝝ:aut alius impera
tor vt grecoꝝ:aut rex:princeps quaſi primum locuꝫ
capiens:poſt regẽ Marchio inueſtitus de marchia
dux de ducatu inueſtitus.Comes a comitatu inue-
ſtitus aut baro.Sunt ⁊ alij gradus dignitatis ⁊ po
eque ⁊ iuſte diuidere.xxiij.q.v.dicat.Debent fidelita
tem quam ſibi ſeruare deſiderant, ſubditis obſerua-
re.xxij.q.v.de forma.xcv.di.eſto.Debent inter ſubdi
tos humiliter ſe habere.Eccl.xxxij. Rectorem te po
ſuerunt:noli extolli:ſed eſto in illis quaſi vnus ex ip-
ſis.Item rex faciat ſe timeri.Eccl.vij. Noli querere
fieri iudex:niſi valeas virtute interrumpere iniquita
tes.Prouerb.xx.Rex qui ſedet in ſolio iudicij:diſſi-
pat omne malum intuitu ſuo.Sed magis velit ama
ri q̃z timeri.qꝛ ſm Senecam.Nobilis eſt natura ho
minis.facilius ducitur,q̃z trahatur.Debet tribulatos
conſolari.Job.xxix. Quum ſederem quaſi rex circũ
dante exercitu : eram tamen merentium conſolator.
Debet ſuſurrones ⁊ bilingues contemnere . ⁊ viles
non exaltare.vnde Ariſto.Alexandro.Conſultor p-
cerum,ſeruos contemne bilingues. Et nequá:ne qs
humiles natura iacere Precipit,exalta.Itez rex de-
bet ſequi conſilium ſeniorum:non iuniorum:blande
regendo ⁊ dulciter:⁊ non dure ⁊ tyrannice : ne pdat
regnum.vt Roboam filius Salomon qui de conſi-
lio iuniorum dixit populo iſrael.Minimus digitus
meus groſſior eſt dorſo patris mei.⁊ nunc pater me⁹
poſuit ſuper vos iugum graue. ego autem addam ſu
per iugum veſtrum.pater meus cecidit vos flagellis
ego autem cedam vos ſcorpionibus.pp quod.x.tri-
bus receſſerũt ab eo.iij.Reg.xij.vij.q.j.deniq3.Iuue
nes enim cõiter ſenſu non pollent . ideoq3 non ſunt
in conſiliarios aſſumendi. Phus . Nemo iuuenes
duces eligit:eo ꝙ certum eſt eos ſapiam non habere.
c.ad hoc.j.q.j.eſtote.xxiiij.di.qñ. Debent per affabili
tatem ⁊ beneficia procurare vt diligantur:⁊ p iuſtas
vindictas non proprie iniurie ſed legis dei , ſtudere
vt timeantur.xxiij.q.v. rex debet. Et vt magis ap-
pareat de officio regum:⁊ de vita virtuoſa, que ipſis
congruit:producenda ſunt in medium aliqua teſti-
monia.In primis ergo conſiderandum eſt id quod

*In regis electione qd obſeruandum.*

deuteronomij dñs ordinauit.xvij.c.circa reges. Pri
mo enim quantum ad moduz eligendi,ſtatuit, vt in
electione regis ſpectaret dei iudicium. Et vt non fie
ret rex alterius gentis.quod ⁊ nunc in eccl'ia ſeruan-
dum eſt.vt videlicet in inſtitutione regum illoꝝ iudi
cium interueniat:qui vicem dei tenent in terris.Nõ
tñ ipſa tollit electio pp'lo qui habet imperatorem eli-
gere.xciij.di.legimus.vel aliorum qui hoc habent de
conſuetudine.ex̃ de elec. venerabilem. Nec requirit
iudicium pape ſpecialiter.ſed ſufficit ꝙ tacite in eum
conſentiat,qui dignus eſt ad regendum:⁊ obediens
matri ſue eccl'ie.c.lxiij.di. cum hadrianus ſecundus.
xcvj.di.quis dubitet.Et vt non fiat rex alterius gen
tis.qꝛ non dz aſſumi aliquis in regez:q nõ ſit fidelis
⁊ de gẽte chriſtiana.c.bo.xcvj.di ſi imperator catho
lic⁹ eſt.q d.debet eſſe.Qꝛ inter fideles ⁊ infideles ma
gna dz eſſe diſtinctio.iij.q.iiij.c.j.ver. nec impetere. ⁊
q.v.canonica.ibi.qñ ſunt eoꝝ gentis. Item text⁹ eſt
( quod eſt nimis abſurdum ) vt blaſphemus chꝛi in

*Blaſphemus qs.*

chriſtianos vim ptãtis exerceat. ex̃ de iude. cum ſit.
Blaſphemus autem eſt non ſolum iudeus:ſed quili
bet infidelis qui ignorat chriſtum: ⁊ eum non colit.
Et nulli pagano licitum eſt ſuper chriſtianos aliqđ
offm̃ exercere.vt pre.c.cum ſit.⁊.liiij.di.nulla. Scđo
vero circa reges inſtitutos ordinauit qualiter ſe hr̃e
debeant quantum ad ſeipſos.vt.ſ.non multiplicarẽt
currus ⁊ equos:neq3 vxores:neq3 immẽſas diuitias
qꝛ ex cupiditate horum principes ad tyrannidẽ de-
clinant:⁊ iuſtitiam derelinquunt: qꝛ Cito Violatur
Auro Juſtitia.xj.q.iij.pauper.Quod non ſic eſt acci
piendum:quaſi nullatenus debeat hmõi apparatib⁹
⁊ diuitijs abundare.Sed qꝛ non debeat ex cupidita
te,aut inordinato appetitu,horum affluentiam am-
bire.c.xlvij.di.ſicut.xxxiij.q.v.ſm.Quantum tñ req
rit ſtatus regie dignitatis,⁊ cõe bonum:poteſt horũ
exteriorum bonorum copiam procurare ⁊ habere.c.
ad hoc.xlj.di.non cogantur.⁊ reges mollibus.Mat.
xj.veſtiunt.xxj.q.j.c.j.in fi qꝛ diuites cum iuſtitia ⁊
bonis operibus non abijcit grangrenſe concilium .
xxx.di.hec ſcripſimus. ⁊ facit ad hoc quod legitur ⁊
no.ex̃ de preben.de multa.§.fi.⁊ in gl o.eſt ergo argu-
mẽtum. Tertio inſtituit qualiter ſe deberet habere
ad deum.vt.ſ.ſepe legeret: ⁊ cogitaret de lege dei : vt
ſic ſemper eſſet in dei timore ⁊ reuerentia.vnde dicit

*Rex lrarũ ſacraꝝ ſit ſtudioſus.*

in pre.c.Deut.xvij. Poſtq̃z autem ſederit in ſolio re
gni ſui:deſcribet ſibi deuteronomium legis huius in
volumine, accipiens a ſacerdotibus leuitice tribus:
⁊ habebit ſecum:leget q3 illud oĩbus diebus vite ſue.
vt diſcat timere dñm deum ſuum: ⁊ cuſtodire verba
⁊ cerimonias eius:que lege precepta ſunt.neq3 eleue
tur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos. neque
declinet in partem dexteram vel ſiniſtram: vt longo
tpe regnet ipſe ⁊ filij eius ſuper iſrael. Eſt enim ſciẽ
dum ꝙ qꝛ bona vita multitudinis,quam rex inten-
dere dz,ordinata eſt ad finem que eſt beatitudo cele
ſtis:ideo ad offm̃ regis pertinet ſic bonam vitã mul
titudinis procurare,ſicut conuenit ad celeſtem beati
tudinem conſequendam.vt.ſ. ea precipiat q̃ ad cele-
ſtem patriam ducunt : ⁊ eoꝝ contraria ſm qđ fuerit
poſſibile interdicat.ad hoc.xxiij.q.iiij.qñ vult. ver.⁊
paulopoſt nabuchodonoſor rex ⁊c.⁊.c.non inuenit.
xj.q.iij.imperatores.ibi.nam inter hoĩes penas luit:
⁊ apud deum frontez nõ habebit:qui hoc facere no-
luit quod ei per cor regis ipſa veritas iuſſit.Que aũt
ſit ad veram beatitudinez via, ⁊ que ſint impedimẽ
ta ipſius,ex lege diuina cognoſcitur : cuius doctrina
pertinet ad offm̃ ſacerdotum.qꝛ labia ſacerdotis cu
ſtodiunt ſciam:⁊ legem requirunt de ore eius.ſ.ſub-
diti.qꝛ angelus dñi exercituũ eſt. Malach.ij.⁊.xliij.
di.ſit rector.Et ideo p̃cepit dñs vt rex legem ſibi de-
ſcriberet:⁊ exemplar acciperet a ſacerdotibus:⁊ illaz
legeret oĩbus diebus vite ſue:vt diſcat timere deum:
⁊ cuſtodire precepta ipſius. vnde multum conuenit
regibus crebro ſanctas ſcripturas legere vel audire:
vt per exercitium lectionis ſcientie regendi populuz
inueniat margaritam.extra de renun. poſt trãſlatio-
nem.§.ceterum.vnde Sozomenus lib. j. in hiſtoria
tripertita dicit in laudem Theodoſij imperatoris .
Aiunt te per diem exerceri armis:⁊ ſubiectorum ne-
gotia diſceptare: indicare ſimul ⁊ agere . Noctibus
vero libris intendere.⁊ de hoc.ſ̃.xlij.c.dixi in prima
iſta parte iſtius operis . Rex enim inſipiens perdet
populum ſuum.Eccl.x.Et ex hoc ſequit ꝙ leges q̃s
rex inſtituit:nõ debent a doctrina legis diuine diſcor
dare : ſed ei conſonare : ac ſacris canonibus ſubijci.

Precepta nemini regum nō neceſſaria.

Nam ſicut ptās ſubijcitur poteſtati:ſic leges legibus debent eſſe ſubiecte.x.di.c.j.⁊ per totum.extra de priuile.ſuper ſpecula,in prin.ibi.famulatum,⁊ extra de no.op.nun.c.j. Quarto inſtituit qualiter rex deberet ſe habere ad ſubditos ſuos.ſ. vt non ſuperbe eos contemneret ⁊ opprimeret:nec etiam a iuſtitia declinaret.xxiij.q.v.regum.De bonis autem conditionibus chriſtianorum regum.beatus Aug.v.li. de ciui.dei.c.xxiiij.ſic ait. Chriſtianos imperatores ⁊ reges felices dicimus:ſi iuſte imperant.ſi inter linguas.xj.q.iij.in cunctis.⁊.c.inter verba.ſublimiter honorantium,⁊ obſequia nimis humiliter ſalutantium, non extoliuntur.ſi ſe eſſe homines mortales.p̄s.lxxxviij. Quis eſt homo qui viuet: ⁊ non videbit mortem? meminerint.Si ſuam ad dei cultum maxime dilatādum ⁊ maieſtati ſue famulandum curam indefeſſaz adhibent,ſi deum timent:diligunt: ⁊ colunt. ſi plus amant illud regnum, vbi non timent habere conſortes.ſi tardius vindicant.facile ignoſcunt.Si eandez vindictam pro neceſſitate regende tuēdeq; reipublice, non pro ſaturandis inimicitiarum odijs exercēt. ſi eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis. xxiij.q.iiij.eſt iniuſta. ſed ad ſpem correctionis indulgent.Si quod aſpere coguntur quandoq; decernere: miſericordie lenitate ⁊ beneficiorum largitate cōpenſant.Si luxuria tanto eſt eis caſtigatior,quanto poſſet eſſe liberior.ij.q.j.ſcelus.xj.q.iij.p̄cipua.⁊.c.in corporis.Si malunt cupiditatibus prauis q̄ȝ quibuſlibet gentibus imperare. Conſtantinus imperator. Quid iuuat barbaras nationes viciſſe:ſi a crudelitate vincamur?Et ſi hec omnia faciunt: non pp ardorem inanis glorie: ſed propter charitatem felicitatis eterne.ſi pro ſuis peccatis humilitatis ⁊ miſerationis ⁊ orationis ſacrificium deo ſuo vero immolare non negligant. Tales chriſtianos imperatores ⁊ reges dicimus eſſe felices, interim ſpe, poſtea re ipſa futuros.Cyprianus etiam in li.de.xij.abuſionibus ait q̄ vnus abuſionis gradus eſt. Rex iniquus:qui quiz iniquoruz rector eſſe debuerit:in ſemetipſo nominis ſui dignitatem non cuſtodit.Nomen enim regis intellectualiter hoc retinet: vt in ſubiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit:qui proprios mores,ne iniqui ſint: nō corrigit?quoniam iuſtitia regis exaltabitur ſolium.⁊ in veritate ſolidantur gubernacula populorum. Prouerb.xvj.c.ad hec.xxvj.di.vna.⁊.xxv.di.primum.cū ſuis concor.⁊ ſimilibus.In quibus autem conſiſtit regis iuſtitia ſubdit Cyprianus,dicens.Juſtitia vero regis eſt neminem iniuſte per potentiam opprimere.Sine acceptione perſonarum inter virum ⁊ proximum ſuum iuſte iudicare. Aduenis ⁊ pupillis ⁊ viduis defenſorem eſſe. Cohibere furta. Adulteria ⁊ omnem mechiam punire.ad hoc.xxiij.q.v.regum.⁊ c.rex.Iniquos non exaltare. Impudicos ⁊ hiſtriones non nutrire.ad hec.lxxxvj.diſt. donare. Contra hoc multum offendunt Reges Hiſpanie. Impios de terra perdere. Parricidas ⁊ periurantes viuere nō ſinere.pre.c.rex.Eccleſias defendere.pre.c.reguz. Pauperes eleemoſynis alere.lxxxvj.diſt. non ſatis. ⁊.c.paſce.de peni.diſt.j.quamobrem.Juſtos ſuper regni negotia conſtituere. Contra hoc Reges Hiſpanie faciunt preponentes iudeos ſuper negotia ⁊ regni reditus.contra iura.liiij.diſtin.nulla.extra de iudeis.cum ſit.⁊.c.ex ſpeciali. Senes ⁊ ſapientes ⁊ ſobrios conſiliarios habere.j.q.j.eſtote.Magorum ⁊ hariolorum phytoniſſarumq; ſuperſtitionibus non

Juſtitia regis que ſit.

intendere.xxvj.q.v.nec mirum.⁊ per totum. ij.q.j.⁊ ij.⁊.iij. Iracundiam ſuam differre.xj.q.iij.cum caput ⁊.c.illa.⁊.c.ſummo. Patriam fortiter ⁊ iuſte contra aduerſarios defendere.xxiij.q.ij.iuſtum.cum.c.ſeq.⁊ qō.iij.fortitudo.⁊.qō.viij.vt pridem. Per omnia in deum confidere.p̄s.cxxiiij.Qui confidunt in domino,de conſe.diſtin.j.omnis chriſtianus. Proſperitatibus animum non eleuare, ſicut fecit Nabuchodonoſor,de peni.diſtinc.j.§.ex his itaq;:verſi. nabuchodonoſor per ſuperbiam. Cuncta aduerſantia patienter tolerare.xxiij.q.j.§.j.⁊.c.paratus.Fidem catholicam in deuz habere.xcvj.di.ſi imperator.Filios ſuos non ſinere impie agere.xxiij.qō.v. rex. Certis horis orationi inſiſtere.vt Dauid in p̄s.cxviij. Septies in die.⁊c.xcj.di.preſbyter.⁊ extra de celebra.miſ.c.j.Añ horas congruas non guſtare cibum. de conſe. diſt.j. ſolent.Ve enim terre cuius rex puer eſt:⁊ cuius principes mane comedunt.Eccl.x. ⁊ ſubdit Cyprianus. Hec regni proſperitatem in pñti faciunt: ⁊ regem ad celeſtia regna perducunt. Qui vero regnum ſecundum hanc legem non diſpenſant: multas nimirum aduerſitates tolerant imperij.Idcirco eniz ſepe pax populorum rumpitur:⁊ offendicula etiam de regno ſuſcitantur:terrarumq; fructus diminuuntur:⁊ ſeruitia populorum prepediuntur: multi ⁊ varij dolores proſperitatem regni inficiunt:charorum ⁊ liberoruz mors triſtitiam confert: hominum incurſus prouincias vndiq; vaſtant: beſtie armentorum ⁊ pecorum gregens dilacerant: tempeſtas aeris ⁊ hemiſpheria turbata:terrarum fecunditatem ⁊ maris miniſteria prohibent:⁊ aliquando fulminum ictus ſegetes ⁊ arborum flores ⁊ pampinos exurunt.Super oīa vero regis iniuſtitia non ſolum imperij preſentis faciem fuſcat:ſed etiam filios ſuos ⁊ nepotes:ne poſt ſe hereditatem regni teneant:obſcurat. Propter piaculum enim ſalomonis, regnum domus iſrael dñs de manibus filiorum diſperſit:⁊ pp iuſtitiam Dauid regis lucernam.iij.Regum.xj.de ſemine ſuo reliquit.Ecce quantum iuſtitia regis ſeculo valet, intuentibus perſpicue patet. Pax enim eſt populorum tutamentum patrie.vnitas plebis.munimen gentis. cura languorum gaudium hominum.temperies aeris.ſerenitas maris.terre fecunditas.ſolatium pauperum.hereditas filiorum.⁊ ſibimetipſi ſpes future beatitudinis. ad hec.xxiij.q.v.regum.in fi.ibi. ſi inquit hec feceritis reges iuda:tenebitis priſtinam poteſtatem.ij.q.j. noli.ibi.ſi autem pax humana tam dulcis eſt pro tēporali ſalute mortalium: quanto dulcior eſt pax diuina pro eterna ſalute angelorum?Iſido. quoq;.iij.li. de ſummo bono ſic ait. Qui recte vtitur regis poteſtate:ita preſtare oībus debet: vt quanto magis honoris celſitudine pollet:tanto ſemetipſum mente humiliet:proponens ſibi exemplum humilitatis chriſti ⁊ dauid:qui de ſuis meritis non tumuit:ſed humiliter ſeſe deijciens dixit.Vilis incedam: ⁊ vilis apparebo ante deum qui elegit me.ij.Reg.vj.Et poſt:qui recte vtitur regia poteſtate: formaz iuſtitie factis magis q̄ȝ verbis inſtituit. Nulla proſperitate erigitur. nulla aduerſitate turbat. non innititur proprijs viribus. nec a dño recedit cor eius: alias maledictus eſt.Hiere.xvij.Et poſt.Dedit dominus principibus preſulatum pro regimine populorum: ⁊ illis eos p̄eſſe voluit,cum quibus vna eſt eis naſcēdi moriēdiq; conditio.prodeſſe ergo dȝ populis principatus non nocere nec in dñando premere:⁊ de condefendendo conſulere.vt vere ſit vtile hoc ptātis inſigne: ⁊ dono

dei pro tuitione vtantur membrorum chriſti membra.xxiij.q.iij.pro membris.qppe chriſti fideles ſunt populi. quos dum ea ptāte quam accipiunt optime regunt:bonam vtiqꝫ viciſſitudinem deo largitori reſtituunt.Et poſt in alio quodaȝ.c. Sub religionis diſciplina ſeculi ptātes ſubiecte ſunt: ⁊ q̃uis culmine regni ſint predicti:vinculo tñ fidei tenentur adſtricti vt ⁊ fidem chriſti ſuis legibus predicent.⁊ ipſam fidei predicationem bonis moribus conſeruent. Juſtum enim eſt principem legibus obtēperare ſuis ⁊c. ix.di.iuſtum palea. ibi vide. Hugo autem de ſancto victore de terrena ptāte loquens in li.de ſacramētis, oſtendit que debeat obſeruare terrena ptās in exercenda iuſtitia. debet enim obſeruare perſonam q: ei non licet in clericum,ſeu eccleſiaſticam perſonam manum mittere:ſed ſolum in laicum.xj.q i. quaſi per totum.extra de iudi.at ſi. Debet obſeruare cauſam: vt eccleſiaſtica negotia:nō ſuſcipiat:ſed tm̄ ſecularia examinanda.extra de iudi.decernimus. xcvj.di. duo. Debet obſeruare modum ⁊ menſuraȝ.vt quamlibet culpam puniat congrua ⁊ conuenienti pena. de pen. di.j.deus diffinitionem.Debet obſeruare locuȝ.vt loca ſacra violare non preſumat: ⁊ confugientibus ad illa etiam reis ⁊ pro ſuis ſceleribus condemnandis inordinate violentiam non inferat.xvij.q.iiij.quiſqꝫ. extra de immu.ec.inter alia.⁊.c.fi. Debet obſeruare tempus.vt ſacris ⁊ ſolennibus diebus reuerentiam exhibeat.extra de ferijs.c.fi.Quando etiam ijs parcendum eſt,quibus pro ſuis culpis ſupplicia debenł. vnde in exercendo iudicio ⁊ proferēda ſnia attendi debet loci ⁊ temporis conuenientia.extra lib. vj.decet. His ergo modis ſecularis ptās iuſtitiam exercere debet,legum inſtituta ſequens.xj.qō.iij. ſummo.⁊ nihil preter iuſtitiam ⁊ veritatem approbans in iudicando.Adiungit autem vlterius Hugo,qūo ꝑ ornamenta regalia deſignantur ea que congruunt regibus.vnde dicit ꝙ ſecularis ptās habet ornamēta quedam dignitatis ſue:quibus ⁊ excellētia ordinis oſtenditur:⁊ ſacramentum miniſterij figurał.Nam annulus fidem:armilla bonam operationeȝ:ſceptrū iuſtitiam gladius vindictam deſignat. De primo.ſ. de annulo.xxx.q.v.noſtrates.vnde ⁊ Luc.xv. Dare ei annulum in manu.i.per ſignaculum fidei exponił vnde ibi Beda. Jn manu.i.in operatione.vt opa fide clareſcant:⁊ per fidem opera confirmentur. Jtem ibi Chryſ. Jubet annulum dari,ſiue ſignaculi ſalutaris ſymbolum:ſeu deſponſationis inſigne: ⁊ nuptiarum pignus:quibus chriſtus eccleſiam ſponſat:quū anima reſipiſcens per annulum fidei iungitur.Oſee ij.Deſponſabo te mihi in fide.Hiere.ij. Nunqd obliuiſcitur virgo ornamēti ſui?ſ. annuli deſponſationis ſue.De.ij. de armilla. Ezech. xvj. Dedi armillas in manibus tuis,exponitur.i.virtutem bone operationis.armilla enim ornamentum manuum eſt.De.iij. de ſceptro.xcvj di.conſtantinus.ibi,etiam imperialia ſceptra.de iuſtitia regis per ipſum deſignata pre. c.regū.xxiij.q.v.De.iij.ſ.de gladio vindicte.Ro,xiij.ibi. non ſine cauſa gladium portat.xxiij,q.v.§ j.⁊.c. non ſolum.De.v.ſ.de purpura pre.c.cōſtantinus.ibi.chlamydem purpuream. De reuerentia regi exhibenda j. Pe.ij.ibi.ſiue regi quaſi precellenti.⁊.j. regem honorificate.extra de ma.⁊ obe.ſolite. De ſexto de diademate pre.c.conſtantinus.ibi.deinde diadema capitis noſtri.De gloria corone.xij.q.j.duo. Jllud etiaȝ hic inſerendum ⁊ repetendum eſt, ꝙ quum imperator iurat:promittit ſe fore defenſorem ⁊ protectorem ſummi pontificis:⁊ ſancte romane eccleſie,in omnibus neceſſitatibus ⁊ vtilitatibus ſuis: cuſtodem ⁊ conſeruatorem poſſeſſionum bonorum ⁊ iuriū eius. vnde videtur ſe habere ad papam: ſicut ſe habet manus ad caput:in defendendo ⁊ miniſtrando.ad hec. lxiij.di.tibi dño.extra de elec.venerabilem.Et ꝙ tale iuramentum quod preſtat imperator ſit iuramentū fidelitatis ⁊ homagij:eſt hodie amplius declaratum in clemen.extra de iureiu.romani principes. Papa etiam euaginatum gladium ſumit de altari:⁊ ei tradit:intelligens in gladio curam ⁊ regimen totiꝰ imperij.ſic dicens. Accipe gladium deſuper beati Petri corpore ſumptum per manus noſtras, licet indignas,vice tamen ⁊ authoritate ſanctorum apoſtolorū conſecratas,imperialiter tibi conceſſum:noſtreqꝫ benedictionis officio in defenſionem ſancte dei eccleſie diuinitus ordinatum: ⁊ ad vindictam malefactorum,laudem vero bonorum.extra de homi.poſtulaſti.⁊ memor eſto,de quo ṕs.ait ṕs.xliiij.⁊ pphetauit, dicens.Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.vt in hoc per eundem vim equitatis exerceas.molem iniquitatis potenter deſtruas. ⁊ ſanctā dei eccleſiam eiuſqꝫ fideles defendas: propugnes: ⁊ protegas. nec minus ſub fide falſos q̃ȝ chriſtiani nominis hoſtes execres ac diſpergas. viduas ⁊ pupillos clementer adiuues,ac defendas. deſolata reſtaures.reſtaurata conſerues.vlciſcaris iniuſta.cōfirmes bene diſpoſita. quatinus in hoc agendo virtutum triumpho, glorioſus iuſtitieqꝫ cultor egregius cum mundi ſaluatore,cuius typum geris,in nomine ſine fine regnare merearis. Hec autem que de imperatore dicuntur: ad reges alios chriſtianos ſuo modo poterunt applicari.Denique propter malos reges: qui tyranni nunc dicuntur: licet omnes reges olim tyranni dicerentur:quia rex grece. latine dicitur tyrannus.Addendum eſt ad eorum correctionem, id quod Richardus de ſancto victore ſuper illud Apoca.j.⁊ princeps regum terre.ait de ipſis. Sunt quidam regum qui ſummo principi chriſto adherere contemnunt.qui acceptam ab eo poteſtatem,ſecundum ipſum exercere nolunt.qui in ſubditos ſeuiunt ⁊ eos deuorant.⁊ ꝙ ſupra ſe principem habeant:qui eripit inopes de manu fortiorum eius.ṕs.xxiiij.egenum ⁊ pauperem a diripientibus eum: minime penſant.quos princeps ad exercitationem ⁊ purgationem electorum,ad tempus ſeuire permittit.viij. q.j. audacter. Sed in tempore retributionis eos de hac ſeuitia grauiter iudicabit. Nam potentes potenter tormenta patientur:⁊ fortioribus fortior inſtat cruciatus.Sap.vj.viij.q.j.illud. Redeant ergo tales reges(ſi tamen reges ſunt)ad conſcientiam:⁊ ꝙ ſuper ſe principem habeant:cui de actibus ſuis ſunt redditurí rationem:recognoſcant.qui ſicut poteſtatem habet conferre:ſic poteſt ⁊ auferre. baltheum enim regum diſſoluit dominus: ⁊ precingit fune renes eorum.Job.xij.c.⁊ alibi ſcriptum eſt Eccleſia.x.c. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit deus: ⁊ ſedere fecit mites pro eis.Hoc certum eſt: vt ex pluribus exēplis in ſcripturis colligi poteſt. ⁊ aliqua poſui.ſ. in xl.c.verſi.econtra.Sed interdum peccata populi merentur tales reges: vel potius tyrannos,vt ſacra eloquia teſtantur. Abſtineat ergo populus a culpa: vt liberetur a tyrannorum plaga. hucuſque Richardus.Unde canon. Pro meritis ſubditorum diſponitur a deo vita rectorum.ij.q.vij. c.j. ⁊ merito. viij. q.j.audacter.

Que in exercenda iuſtitia ſint obſeruanda.

Ornamenta regalia eorūqꝫ deſignatio.

Jmpatoris iuſiurandum.

Jn reges plus equo ſeruiētes.

## In quibus differt potentia pape a potentia chriſti. Quomodo ꝛ qualiter papa habet plenitudinem poteſtatis. Cap. 58.

QUoniam autem clarum eſt ex pdictis:ꝙ ſumma ptās ſpūalis: cuiuſmodi eſt poteſtas ſummi pontificis:primatum obtinet ſuper oēs pontifices omnium eccleſiarum. Eſt etiã ſuperior dignitate ꝛ cauſalitate oī tpali poteſtate. illud concludi neceſſe eſt ꝛ recipi: ꝙ in ſummo pontifice preexiſtit plenitudo pontificalis ꝛ regie ptātis. Qualis autem ſit iſta plenitudo poteſtatis: ꝛ quibus modis eam habere dicitur:conſiderandum eſt. Nam ipſe chriſtus etiam ſm ꝙ homo,plenitudinem ptātis hꝫ vt.ſ. dictũ eſt in.xij.ꝛ.xl.c. Sed eius plenitudini non equatur plenitudo que conuenit eius vicario.ſic enim dicendũ eſt de plenitudine potētie: ſicut ꝛ de plenitudine gratie. dicit enim chriſtus plenus gratia Jo. j. ꝛ chriſti mater plena gratia. Luc.j.non tñ equaliter:neqꝫ per oia ſimiliter.chriſtus enim dicitur plenus gratia: qꝛ gratiam habuit in ſumma excellentia que poteſt haberi:ꝛ ad oēs effectus gratie. De iſta plenitudine loquitur Jo.j. Et de plenitudine eius oēs accepimus gratiam pro gratia ꝛc. Sed mater chriſti dicit plena gratia:qꝛ habuit gratiam ſufficientem ad ſtatum illum ad quẽ erat electa a deo.vt.ſ.eſſet mater dei. ſed plenior eſſe potuit:qꝛ creatura:qꝛ datus eſt ei ſpiritus ad menſuram:ſoli filio ſine menſura. Jo.iij. hoc clare probat in clemen.de hereticis.j.rñ.c.ad noſtrum. Similiter eſt dicendum de potētie plenitudine ſuo modo qꝛ plenitudo potentie ꝛ eſt in hoīe chriſto ꝛ eſt in eius vicario:ſed in chriſto eſt plenitudo potentie: qꝛ potentiam plenã habuit excellenter.in vicario autē chriſti eſt plenitudo potentie: qꝛ potentiam plenam habuit ſufficienter,quantum.ſ. neceſſarium eſt fidelibus ad ſalutem. Sed oportet ſpālius aliquid dicere, ꝛ de modo huius plenitudinis, ꝛ de differentia eius ad plenitudinem que chriſto conuenit:non ſolum ſꝫ ꝙ deus eſt:ſed etiam ſm ꝙ eſt homo. Circa quod conſiderandum eſt. ꝙ potentia de qua nunc eſt intētio: eſt potentia actiua:in qua duo attendi debent.ſ. id quod potentie ſubditur:ꝛ ipſa ratio potentie:que conſideratur ex modo agendi. ꝛ quantũ ad vtrũqꝫ ſummi pontificis potentia plena eſt.ſed aliter q̄ꝫ potentia chriſti. Quantum enim ad eos qui ptāti ſubduntur:potentia chriſti tā plena eſt ꝙ eius ptāti oīs creatura ſubiecta eſt.rōnalis ꝛ irrōnalis:celeſtis ꝛ terreſtris:ꝛ etiam infernalis.vnde Mat.vlti. Data eſt mihi oīs ptās ꝛc.ꝛ Phi.ij.omne genu flectatur celeſtium ꝛ terreſtrium atqꝫ infernorum. Non ſic aũt eſt plena ptās ſummi pentificis:que ſolum ſe extēdit ad creaturas illas, que ſunt gratie ꝛ beatitudinis capaces. quum pp beatitudinis finē conſequendũ,ordinata ſit hec ptās.nec ad oēs hmōi creaturas:qꝛ nō ad angelos:ſed ſolum ad hoīes.nec ad hos oēs: ſꝫ ſolum ad viatores. pp quod papa dicit caput omniũ viatorum.qꝛ ſuper terram recipit claues:nō extra terram:aut ſub terra. Mat.xvj.xxiiij.q.j. quodcunqꝫ.ꝛ q.ij.§.j.cũ.c.ſeq. vſqꝫ ad.§.his authoritatibus,ſaluo eo ꝙ ibi dicit:ꝛ in.c.ibi.ſ.e.ꝛ dicit hoc in.lv.c.ver.ꝛ ſequitur.ſ.dixi exponendo authoritatem Mat.ſuper verbo. ſuper terram. Chriſtus autem dicitur caput angelorum:ꝛ oīum tam comprehenſorũ:q̄ꝫ viatorꝝ.

Utriuſqꝫ ptātis plenitudo in ſummo pontifice.

Potētie chri ꝛ ei⁹ vicarij diſcrimen.

ad Ephe.j.c.in fi.tñ ex eo potentia ſummi pontificis dicitur plena:qꝛ vlr ſe extēdit ad oēs hoīes viatores. Proprie autem viatores dñr qui ad patriam tēdũt ij.autem ſunt qui per fidem ambulant. Nam infideles magis debent dici deuiatores quum a vera via ſalutis aberrent. vnde ptās hec ad oēs fideles extendit ſe. qꝛ nihil ad eccleſiam de ijs qui foris ſunt.j.ad Cor.v.ij.q.j.multi. Et poteſt dici ꝙ ad ipſos etiā infideles.non inquantum infideles ſunt: ſed inquantum pñt fieri fideles:ꝛ fieri membra chriſti:ꝛ vnitati eccleſie aggregari.ſicut ergo ſunt fideles in potētia non in actu:ſic ptās ſummi pontificis extendit ſe ad eos. in potentia: non in actu. pp quod ſuper pdicto verbo apli.j.ad Cor.v. Quid mihi de ijs q foris ſunt iudicare? hos deus iudicabit.dicit glo.quaſi diceret: ꝙ de infidelibus non hꝫ iudicare. Ad oēs igitur qui ſunt membra chriſti per fidem: eo modo quo chriſti membra ſunt:extendit ſe ptās vicarij chriſti,extra de ma.ꝛ obe.ſolite.§.nos aũt:ibi.non diſtinguens inter has oues ꝛ alias. Quo etiam papa ptātem habeat ſuper infideles.ſ.in.xxxvij.c.ver.item ſm Inno.notaui largius in prima iſta parte poſt Inno.c. xxxvij. f.g.h.vide etiam.c.xl.ꝛ Oſti.qui de hoc no.ex de vo. ꝛ vo.re.quod ſuper his. Diuino ergo iure oīs homo viuens vita mortali:ꝛ ad militantem eccleſiam qualitercunqꝫ pertinens: ptāti ſummi pontificis dꝫ eſſe ſubiectus.ꝛ ob hoc eius ptās plena dicit. vñ Mat. xvj. Super hanc petram edificabo eccleſiam meam. non partem eccleſie. Nonnulli tñ peruerſi de facto ſe ſubtrahunt ab hac plenaria ꝛ ſalutifera ptāte:a qbus longe eſt ſalus:dum vicario ſalutis authoris obedire contemnunt.xix.di.nulli. Quantum vero ad rōnē potentie differt plenitudo potentie chriſti ꝛ vicarij eius. Primo quidem quantum ad modum habēdi qꝛ chriſto hoī conuenit eam hrē:pp vnionem ad dei verbum:ꝛ pp plenitudinem gratie ꝛ ſapie. aliquam etiam potentiam ꝛ iudiciariam ex merito obtinuit. Qꝛ enim iniuſte iudicatus eſt.j. Pe.ij.ꝛ pro dei iuſtitia pugnauit,ꝛ vicit. Apoc.v.dicit leo.ideo meruit eſſe hoīum iudex. Job.xxxvj. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt. Cauſam iudiciumqꝫ recipiens. Actuũ.x. ibi.ipſe eſt qui conſtitutus eſt a deo iudex vi. ꝛ mor. extra de ſum.tri.c.j.§.hec ſancta.in fi. Vicario autem chriſti conuenit ptās:non predictis modis:ſꝫ ex commiſſione chriſti eam tradentis ꝛ cōicantis. Secūdo differt quantum ad modum agendi.chriſtus eniꝫ ſic habet potentiam ꝙ per eam agit propria virtute ꝛ authoritate inquantum deus:ꝛ non virtute alicuius ſuperioris. Inquantum vero hō, agit virtute diuinitatis excellenter.ideo dicit hrē ptātem excellentie:vt ſ. dictum eſt. Sed chriſti vicarius agit authoritate chriſti inquantum vicem eius gerit.extra de tranſla. quanto.ſm illud apli.ij.ad Cor.ij. Nam ꝛ ego quod donaui ſi qd donaui.pp vos in perſona chriſti.glo.i. ac ſi chriſtus donaret.ꝛ in eadẽ epla ait.ij. ad Cor. v.c.in fi. Pro chriſto legatione fungimur tanq̄ꝫ deo exhortante p nos.gl.pro chriſto.i. vice chriſti: q fuit legatus dei. Abdias.j. Auditum audiuimus a dño: ꝛ legatum ad gentes miſit.ꝛ ſilr chriſti vicarius pōt dici eius legatus. Nam quilibet eps ita vocatur. vij. q.j.ſicut vir.in fi.ibi.vt legatum dei.ꝛ pconem veritatis.ꝛ extra in cle.de penis. ſi qs. Et eſt ſciendum ꝙ ſicut chrs per ſe ac ſua ptāte inſtituit ſuum vicariū ꝛ legatū in eccla:ita ꝛ chri vicari⁹ Petri ſucceſſor pōt ſuū vicariū ꝛ legatū inſtituere,nullo hoīe requiſito: vbi ꝛ qñ cognouerit ſaluti fideliũ expedire.extra de

offi.leg.c.j.ibi.vices noſtras.⁊.c.ꝙ tranſlationeʒ.ibi. tanq̃ʒ legato tibi commiſimus.⁊.e.t.officij noſtri.ibi. ſiue a nobis miſſi fuerint ⁊c. Item chriſti vicarius agit, non excellenter, vt chriſtus: ſed miniſterialiter dicente apl̃o.j.ad Cor.iiij. Sic nos exiſtimet homo: vt miniſtros chriſti.⁊.ij.ad Cor.xj. ibi. miniſtri chri ſunt:⁊ ego.ad hec de conſ.di.iiij.aliud.lxxxj.di. miniſtri.⁊.c.non opʒ.j.q.j.ſi fiunt. Tertio differt quantũ ad durationem: qꝛ chriſtus hʒ ptãteʒ eternal'r. Dañ. vij. Ptãs eius ptãs eterna. ſed chriſti vicarius hʒ tẽporaliter. nam quilibet Petri ſucceſſor hʒ ptãtem ſolum dum viuit pñti vita. In diuerſis aũt ſucceſſoribus durat hec ptãs in eccleſia vſqʒ ad finẽ ſeculi. ex̃ de homi. pro humani.j.rñ.lib.vj. quum euacuabitur ois principatus. vt apl̃s ait.j.ad Cor.xv. Quarto differt quantum ad quantitatem agendi. qꝛ chriſtus plura poteſt facere q̃ʒ vicarius eius. põt enim chriſtꝰ quoſcunqʒ hoĩes ſibi ſubijcere: etiam inuitos a principio: ſicut Paulum Actuum.ix.xxiij.q.iiij.de tyrijs. quod non põt eius vicarius.xlv.di.de iudeis.xx.q.iij. pñs. Põt chriſtus iudicare non ſolum de manifeſtis ſed etiam de occultis cordium: quod non põt eius vicarius. ad hec Matth.xxij.ibi. vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris.xv.q.vj.c.j.ex̃ vt eccle.bñfi.c.j. xxxij.di.erubeſcant.vbi de hoc. Et ratio eſt, qꝛ vnuſquiſqʒ bene iudicat de ijs que bene nouit chriſtus ãt cognoſcit occulta: ⁊ inquantum deus, ⁊ inquantum homo: ꝑꝑ refluentiam ſibi vnite diuinitatis ad eius animam. vicarius aũt chriſti quum ſit purus homo: non habet occultorum notitiam. homo aũt videt ea que parent. deus aũt intuetur cor.j.Reg.xvj. vt probatum eſt. Quãuis poſſit dici, ꝙ chriſti vicariꝰ quaſi occulta iudicat in foro penitentie: in quo noſcit occulta per ſecretam confeſſionem penitẽtis. manifeſta vero iudicat in foro cauſarum exteriorum.ij. q.j. deus. vj.q.j.ſi oia.de pe.di.j.verbum dei.ibi.recte ergo eccleſia hoc vendicat: que ſacerdotes veros hʒ.⁊ di.vj.ca. qui vult.ibi.iudicans.n.alium qui eſt iudicãdus ⁊c. Verũtamen dicitur chriſti vicarius habere plenitudinem poteſtatis: qꝛ tota potentia gubernatiua que a chriſto communicata eſt eccleſie, ſacerdotalis ⁊ regalis, ſpiritualis ⁊ tpalis: eſt in ſummo pontifice chri vicario. Tanta vero potentia communicata eſt eccleſie: quanta opportuna erat ad ſalutem fidelium. quare in vicario chriſti tota illa potentia eſt: que ad hominum ſalutem procurandam requiritur.

Quantuʒ potẽtie ſit ecclẽ cõicatum.

Sic enim dicenduʒ eſt de potentia eccleſiaſtica: ſicut de ſcientia ſacra. Non eniʒ quicquid ab hoĩe ſciri põt: reuelauit nobis deus in ſcripturis: ſed illa ſolum reuelauit: que ſunt nobis ad ſalutem neceſſaria ⁊ vtilia. vnde dicit Augu.in li. de trini. xiiij. de ſacra ſcriptura loquens. Non quicquid ad hoĩe ſciri põt: huic ſcie tribuo. ſed illud tantum quo fides ſaluberrima, que ad veram beatitudinem ducit, gignitur: nutritur: defendit: roboratur. Et ſic eſt intelligendum verbum Ambr. dicentis. Quicquid alibi queritur: hic perfecte inuenit xxxvij.di.§.hinc etiam.ver.hinc etiam Ambr. Et ſimiliter dicendum eſt, ꝙ non quicquid ad hoĩe fieri põt: nec ois potentia que hoĩ cõicari poteſt: debet attribui ſummo pontifici. ſed ſolum ois illa potentia q̃ ad ſalutem hominum eſt neceſſaria: in illo exiſtere dicenda eſt: ⁊ per ipſum ad alios deriuari: ſicut a fonte riuus.xxiiij.q.j.loquit. ſm participationem ⁊ ordine quodam.lxxxix.di.ad hoc. Ut autem plenius de modo huius plenitudinis dicatur ſummarie: Sciendũ eſt ꝙ potentia ſummi pontificis ⁊ chriſti vicarij plena dicit.

Pleniſſima ẽ ſummi põtificis potẽtia

Primo qꝛ ab hac potentia nullus, ad eccleſiam militantem qualitercunqʒ pertinens, excipit. ſʒ ois homo in pñti ecclia exiſtens, ei ſubijcit.ix.q.iij.cũcta.extra de ma.⁊ obe.ſolite.§.nos aũt. Secundo qꝛ ois poteſtas ad gubernationem fidelium a deo ordinata ⁊ hoĩbus data, ſiue ſpũalis, ſiue tpalis, in hac ptãte comprehenditur: vt.ſ.probatum eſt late. Tertio qꝛ ois ptãs in eccleſia ab hac ptãte deriuat. vt proxime probatum eſt.⁊ ad eam ordinatur. ſicut.ſ.declaratum eſt. qꝛ ipſa principiuʒ eſt ⁊ finis cuiuſlibet ptãtis. ⁊ ideo quelibet ptãs humana ei iure ſubditur. xxij.di.c.j.⁊.ij. Quarto qꝛ a nulla ptãte humana excedit. vel ſuperat: ſed ipſa oẽm ptãtem excedit ⁊ ſuperat.iij.q.vj.dudum.extra de priuil.antiqua. Quinto qꝛ a nulla alia ptãte puri hoĩs limitat. aut ordinatur aut iudicat. ſed ipſa alias limitat, ordinat, ⁊ iudicat. vt pre.c.cuncta.⁊.c.aliorum.xl.di.ſi papa. Sexto qꝛ ordine poteſtatum aut legibus ab ipſo poſitis nõ coarctatur. poteſt enim agere ⁊ mediantibus alijs poteſtatibus, ⁊ non mediantibus: qñ viderit expedire. qꝛ ordinarius omnium eſt. vt pre.iuribus. ex̃ de for. comp.c.vlt.⁊ pre.c.antiqua.ibi.ordinarie ptãtis obtinet principatum. Poteſt etiam agere ⁊ ſm leges quas ponit: ⁊ preter illas: vbi opportunum eſſe iudicauerit.extra de conceſ.prebẽ.propoſuit. merito ergo in ſummo põtifice plenitudo dicitur exiſtere poteſtatis. vnde ⁊ ꝑꝑ hoc, dicitur ptãs eius eſſe ſine numero, pondere, ⁊ menſura: licet ꝑ chriſtuʒ oia facta ſunt in numero, pondere, ⁊ menſura. Sap.xj. quod poteſt intelligi. Eſt enim ſine numero, quantuʒ ad eos qui eius ptãti ſubdunt: qui quoad noſtraʒ notitiaʒ ſunt innumerabiles.ſ.omnes hoĩes de mundo: fideles ⁊ infideles. quilibet ſuo modo. vt.ſ.xxxvij.c. probatuʒ eſt. q̃ʒuis deo ſit eoruʒ numerus cognitus: qui oia generaliter ⁊ ſpecialiter nouit: ⁊ qui numerat multitudinem ſtellarum. p̃s.cxlvj.

Ptãs ſine numero, pondere, ⁊ mẽſura.

Eſt autem ſine pondere: quantum ad locum. pondus enim eſt inclinatio rei ad locum proprium ⁊ determinatum. hec aũt ptãs non determinatur ad vnum locum: vel ad vnam eccleſiam: ſed ad omnes prorſus eccleſias in quibuſlibet locis poſitis extenditur. vt pre.c.antiqua.⁊.xxj. di.q̃ʒuis. Eſt ſine menſura quantum ad actuʒ ⁊ modum agendi. qꝛ quodammodo immenſa eſt in agendo: ⁊ in modo agendi. vnde ſicut hoĩ chriſto datꝰ eſt ſpiritus: non ad menſuram. Jo.iij.ad fi. ceteris auteʒ datur ſcd̃m aliquam menſuram donationis chriſti. Eph.iiij. Ro.xij. ſic vicario chriſti pontifici ſummo data eſt ptãs. non ad menſuram: ſed in quadam immenſitate. extra de ma.⁊ obe.ſolite.§.nos autẽ. Alijs aũt datur ptãs ſm menſuram aliquam participationis huius immenſe ptãtis. extra de vſu pal.ad honorem. Et quum ſit ipſa ptãs vicarij chriſti ſine numero: pondere: ⁊ mẽſura: imponit tñ ⁊ determinat alijs ptãtibus: pondus: numerum: ⁊ menſuram.xj.q.j.ꝑuenit.xiij.q.j.c.j. Itaqʒ recte hec ptãs plena dicit. ꝑꝑ quod multum veneranda ⁊ metuenda eſt. hec auteʒ ptãtis plenitudo tradita eſt Petro ⁊ ſucceſſoribus eius. quum dictum eſt ei Mat.xvj. ſuper hanc petrã edificabo eccleſiam meam. Et q̃dcunqʒ ligaueris ⁊c. Paſce oues meas. Jo.vlti. In his enim verbis intelligit eſſe data ois illa potentia que conuenit chriſti vicario. congruebat aũt vt adueniente tempore plenitudinis gratie. Gal.iiij. daretur in eccleſia plenitudo potentie. predicta probata ſunt ſepe. ⁊ ꝓbant. xix.di.in memoriam.xxj.diſ.in nouo.xxiiij.q.j.loqtur ⁊.§.j.ex̃ de ma.⁊ obe. ſolite.§. nos aũt. de elec.ſignicaſti.

ficaſti. De hac autem potentie plenitudine ſanctus Cyrillus in lib. theſaurorum ſic ait. Dedit filius dei Petro plene ⁊ perfecte claues regni celoꝝ. qm̃ ſicut ipſe accepit a patre ducatum ⁊ ſceptrum eccleſie gentium ex iſrael egrediens ſuper oẽm principatū ⁊ ptātem, ⁊ ſuper oẽ quodcunqꝫ eſt: vt in eius noĩe genua cuncta curuent: pleniſſimam ptātem ſic ⁊ Petro ⁊ eius diadochis hoc eſt ſucceſſoribus, non minus ſed pleniſſime commiſit. ⁊ coram aplis ⁊ euangeliſtis loco ſui ipſum caput ecclie in medio eoꝝ ſtatuit. quatenus ipſi in euangelijs ⁊ eplis mundo huic ꝑdicādo, eccleſias ⁊ prelatos ordinando, ſcriberēt q̃ a dño audierunt ⁊ receperunt: affirmātes in oī doctrina Petrum loco dñi ⁊ eius eccleſiā, vt in omni loco, in omni capitulo, ⁊ ſynagoga, in omni electione ⁊ affirmatione, quicquid ſoluendum ⁊ ſtatuendum foret: ipſi⁹ authoritate approbarent: ipſum vocantes cepham. Jo. j. xxij. diſt. c. ij. hoc eſt caput. ſecunduꝫ quod ⁊ diuus ille ſcilicet Jo. Apoſtolus ille veraciſſimus ſcribit texendo in euangelio ⁊ actibus. ⁊ Lucas ſanct⁹: qui facta maiorum ⁊ ſociorum narrauit: atqꝫ indubitanter eccleſie tradidit. Qui eccleſia aplica ab oī ſeductione ⁊ heretica circũuentione immaculata manet. xxiiij. q. j. a recta. ſuper omnes prepoſitos ⁊ epos: ſuper omnes principatus eccleſiarum: necnon ⁊ populorum. in ſuis pontificibus in fide pleniſſime ⁊ authoritate Petri: quum alie eccleſie quorundaꝫ errorum macula ſint verecundate: ſtabilita inquaſſabiliter: ipſa ſola regnat: ſilentium imponens ⁊ omnium obturans ora hereticoꝝ. Et nos neceſſitate ſalutis non decepti ſuperbia: neqꝫ vino ſuperbie inebriati. c. xxxvij. di. vino. typum veritatis ⁊ ſancte aplice traditionis ſeruantes: vna cum ipſa confitemur ⁊ predicamus. Ergo fratres mei: ſi chriſtum imitamur: vt ipſius oues, vocem eius audiamus: manentes in eccleſia Petri. non inflemur vento ſuperbie: ne forte tortuoſus ſerpens nos ejciat ꝑꝑ noſtram contentioneꝫ extra eccleſiam dei. ſicut euam olim. De. j. de pe. diſt. j. ſerpens. de paradiſo. ſed vt membra, maneamus in capite noſtro apoſtolico throno romanorum pontificum: a quo noſtrum eſt querere: quid credere, ⁊ quid tenere debeamus. ipſum venerantes ipſum rogantes pre omnibus. quoniam ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere, ⁊ ſtatuere, diſponere, ⁊ ſoluere: ⁊ loco ei⁹ ligare, qui ipſum edificauit: ⁊ nulli alij quod ſuum eſt, ſed ipſi ſoli dedit: cui omnes iure diuino caput inclinant. ⁊ primates mundi tanq̃ chriſto domino ieſu obediunt. iuxta quod ſcriptum eſt in ꝑs. cxxxi. Introibimus in tabernaculum eius. adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. ipſe homo cui homini tota trinitas ad ſalutem ade ⁊ filiorum pleniſſimam dedit poteſtatem: quam vnus trium aſſumpſit quam in vnitate perſone tranſuexit ad patrem ſuper omnem principatum ⁊ poteſtatem: vt adorent eum omnes angeli dei. Quod totum dimiſit per ſacramẽtum ⁊ poteſtatem Petro ⁊ eius eccleſie ſuper omnẽ huius mundi principatum ⁊ poteſtatem. vt ſicut in celo adoratur ab vniuerſis: ſic ⁊ eius eccleſia locus pedum eius veneretur ab vniuerſis: ⁊ ibi ipſuꝫ chriſtum adorent, per manus eccleſie chriſti dona ⁊ iura recipientis. hucuſqꝫ Cyrillus. Ex quibus verbis liquet ꝙ poteſtas romani pontificis pleniſſima eſt. ⁊ ꝙ ei ſubijcitur omnis mundi poteſtas: ⁊ ꝙ ei ſubeſſe de neceſſitate ſalutis eſt. Sanctus quoqꝫ Jo. Chryſoſt. ſuper illud Actuum. j. Surgens petrus in medio fratrum ⁊c. dicit de petro loquens. Caput ſanctiſſimum beati apoſtolici chori. Camerarius ⁊ portari⁹ ipſius chriſti, ⁊ eius theſaurorum: ad quem chriſtuꝫ q̃ ingredi cupiunt. vt ipſe definit. Ego ſum oſtiuꝫ intrantibus. Joan. x. ad patrem ingredi non poſſunt: niſi petrus aperiat. Idem paſtor bonus: celorum accipiens claues: qui ſapientiam a patre, ad cognoſcendum filium ſpiritualem, ſuſcepit qui a filio ſuper omnes que filij eſt poteſtatem accepit. non vt Moyſes in gente vna: ſed in vniuerſo orbe: ſicut enim a patre chriſtus ad ſalutem omnium mittitur cum poteſtate plena ſuper omnes: ſic ⁊ a chriſto Petrus ⁊ eius eccleſia ad omnium ſalutem mittitur. Et idem Chryſoſt. ait ſuper illud Matth. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. Sicut filius a patre veniens, ad ſaluteꝫ omnium mittitur cum poteſtate plena ſuper omnes: ſic ⁊ a chriſto Petrus ⁊ eius eccleſia ad ſalutem omnium mittitur cum poteſtate omni ſuper omnes: qḋ nulli hominum credimus eſſe conceſſum. Beatus autem Bernar. iiij. lib. de conſideratione. in fi. plura colligendo de ſummo pontifice: ex quibus datur intelligi plenitudo poteſtatis: ait ad Eugenium papā. De cetero oportere te eſſe conſidera formam iuſtitie. ij. q. vj. in primis. ix. c. vſqꝫ ad. §. ſeq. xxxv. qō. ix. c. fin. Sanctimonie ſpeculum. xl. diſtin. c. j. Pietatis exemplar. xliij. diſtin. ſit rector. vij. q. j. §. hoc autem. Aſſertorem veritatis. Fidei defenſorem. Doctorem gentium. xliij. di. ⁊. lxxxvj. diſt. quaſi. Chriſtianorum ducem. xj. qō. iij. nemo peritorum. ⁊. c. nolite. Amicum ſponſi, chriſti. Jo. iij. Sponſe paranymphum, eccleſie vij. q. j. ſicut. extra de renun. niſi cum pridem. §. veruꝫ paranymphum, quaſi preeuntem nympham. i. puellam. i. eccleſiam. Magiſtrum inſipientium. xxiiij. q. j. cum beatiſſimus. Refugium oppreſſorum. ij. q. vj. ad romanam. Pauperum aduocatum. xj. q. iij. pauper. Miniſtrorum ſpem. xciij. di. diaconi. v. Tutoreꝫ pupillorum. lxxxvij. di. per totum. Judicem viduarum, in ſuſtentationem. xlv. diſtinct. diſciplina. Oculum cecorum, per doctrinam. xxxviij. diſt. per totum. Linguam mutorum. Marc. vij. Baculum ſenum. extra de ſo. comp. ex parte. lxxxvij. diſtin. c. j. Ultoreꝫ ſcelerum. extra de offi. or. c. j. Malorum metum. diſt. iij. omnes. Bonorum gloriam. Uirgam potentium xj. q. j. precipue. Potentum percuſſorem: fortium correctorem. xlv. diſtin. diſciplina. Malleum tyrannorum. Regum patrem. Legum moderatorem. Canonum diſpenſatorem. Sal terre. Orbis lumen. Sacerdotem altiſſimi. Uicarium chriſti. Chriſtum domini. poſtremo Deum pharaonis. Uultus tuus ſuper facientes mala. Timeat ſpiritum ire tue: qui hominem non veretur: gladium non formidat. Cui iraſceris tu: deum ſibi iratum: non hominem putet. Qui te non audierit: auditurum deum ⁊ contra ſe paueat. ⁊ idem Bernar. ij. lib. de conſideratione ad Eugenium ait. Age ergo: puta tempus putationis adeſſe: ſi tamen meditationis preiuit: ſi cor mouiſti: mouenda iam lingua: monenda eſt ⁊ manus. Accingere gladio tuo. ꝑs. xliiij. gladio ſpiritus: quod eſt verbuꝫ dei. glorifica manum ⁊ brachium dextrum: in faciendo vindictam in nationibus: increpationes in populis. in alligando reges eorum in compedibus: ⁊ nobiles eorum in manicis ferreis. pſal. cxlix.

Ut regia ptas ſit eccleſie neceſſaria.

Utraque poteſtas a deo eſt.

Obiectio prima ꝙ regalis ⁊ ſecularis poteſtas non ſit neceſſaria in eccleſia, Cap. 59.

REſtat videre quaſdam obiectiones ⁊ dubitationes circa quedam predictoꝝ ⁊ illis obiectionibus ſolutiones ⁊ reſponſiones adiungere, ad maiorem euidentiam aliquorum que.ſ. inducta ſunt. Nam teſte pħo. Dubiorū ſolutio, copioſior eſt inueſtigatio veritatis. Et licet ex ijs que iam determinata ſunt, ſolui poſſent dubitationes ⁊ obiectiones circa materiam hanc fieri poſſibiles: tñ ad pleniorem intellectum bene eſt quaſdam dubitationes inducere: vt ex earum ſolutione magna veritas eluceſcat, nam canon dicit ꝙ fructus diuinus eſt iuſtitiā ſepius recenſeri. xxxv.q.ix. graue. Eſt autem prima dubitatio circa id quod.ſ. dictum eſt poteſtates: ſcilicet ſpiritualem, que ſacerdotum eſt. ⁊ temporalē, que regalis vocatur. videtur enim ꝙ regalis poteſtas nō ſit neceſſaria in eccleſia: neqꝫ ſit inſtituta dei voluntate. nam Mat. vj. dicitur ⁊ Luce. xvj. Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. de peni. di. j. §. hoc autem. verſi. nemo enim. poſt duas columnas. ⁊ de pe. di. ij. §. romanos. ver. alias. c. nemo poteſt. quarum quum dominium ſpirituale ſit neceſſarium ad ſalutem fidelium: non oportet aliud dñium eſſe in eccleſia. ⁊ precipue, qꝛ temporale dñium videtur habere oppoſitionem ad ſpirituale. quū per temporale ſepe impediantur ſpiritualia. qꝛ laici clericis oppido ſunt infeſti. ij. q. vij. laicos. Item regale dñium ex permiſſione diuina ⁊ non ex iniunctione vel commiſſione conceſſum eſt populo iſrael: in quo tñ boni reges fuerunt. viij. q. j. audacter. ſed illud quod eſt ſolum ex dei permiſſione, videtur eſſe illicitur ⁊ culpabile. mala enim ꝑmittuntur a deo: non approbantur. ad hoc. xxxj. q. j. hac ratione. ibi. quod enim permittimus nolentes precipimus: qꝛ malas voluntates hominum ad plenum prohibere non poſſumus. ⁊ diſt. iiij. deniqꝫ. ⁊. xxvj. q. v. nec mirum. ver. nec ideo quiſqꝫ. ⁊ cum vlti. colum. igitur poteſtas regia velut mala non eſt vtilis eccleſie: neqꝫ a deo eſt inſtituta. Ad hoc dicendum eſt. ꝙ vtraqꝫ poteſtas eſt a deo: non ſolum permittente: ſed etiam operante. xxiij. q. iiij. queſituꝫ. ⁊ de ſpirituali ſatis patet. ⁊. xx. di. c. j. ⁊. xix. diſt. ita dñs. De temporali vero probatur Prouerb. viij. Per me reges regnāt ⁊ legum conditores iuſta decernunt. per me principes imperant: ⁊ potentes decernunt iuſtitiā. ⁊ Sap. vj. dicitur ab ipſis regibus. Data eſt a domino poteſtas nobis. ⁊ virtus ab altiſſimo cum multis alijs authoritatibus. Et quia deus ⁊ natura nihil fruſtra faciunt: Ideo vtraqꝫ poteſtas ordinata eſt a deo: ad vtilitatem humane multitudinis. Neceſſitas autem ⁊ ratio diſtinctionis harum poteſtatum ſumitur ex duplici populo: ſcilicet clericorum ⁊ laicorum: qui ſunt velut duo latera eccleſiaſtici corporis. Poteſtas ergo ſpiritualis preeſt clericis. temporalis autem laicis. ad hec. xcvj. di. cum ad verum. xij. q. j. duo. extra de ma. ⁊ obe. ſolite. Aſſignatur autem ⁊ aliter harum poteſtatum diſtinctio ex duplici vita: ſcilicet ſpirituali ⁊ terrena. Nam ad poteſtatem ſpiritualem pertinent ea que ſpirituali vite attribuuntur. Ad temporalem autem illa que temporali vite ſunt neceſſaria. Dicitur autem vita ſpiritualis hominis: qua anima viuit ex deo. terrena vero vocatur: qua corpus viuit ex anima. facit de peni. diſtin. j. §. hoc autem. verſic. reſuſcitatus corpore. vltra colum. Ad illud autem quod obijcitur primo de duobus dominis: dicendum eſt ꝙ nemo poteſt duobus dominis ſeruire: quum ſibi repugnant. vt no. in pre. c. §. hoc autem. verſic. nemo enim. in glo. exigentibus contraria. vnde Chryſ. exponens hoc verbum ait, duobus dicit: qui contraria iniungunt: concordia multos vnum facit. vt ibi. multitudinis credentium erat cor vnum, ⁊ anima vna. Actuum. iiij. xij. q. j. dilectiſſimis. extra de ſum. tri. c. ij. §. verum. vbi de hoc. Poteſtas autem regalis quuꝫ ordinata eſt: nunqꝫ diſcordat a ſacerdotali: ſed ei concordat: ⁊ ſicut vita terrena ſubminiſtrat ſpirituali: ⁊ vita ſpiritualis collaborat terrene: ſic poteſtas regalis obſequitur ſacerdotali: ⁊ hec illi conſulit, ⁊ eaꝫ dirigit. xcvj. diſt. quis dubitet. c. duo. c. ſi imperator. Quod autem additur de oppoſitione harum duarū poteſtatum quodammodo verum eſt: ⁊ non verum. ſunt enim oppoſite predicte poteſtates inquantū cōdiuidunt vnum cōe: quod eſt poteſtas. non auteꝫ ſic ſunt oppoſite ꝙ vna repugnet alij: ⁊ excludat ipſam: aut impediat. immo vna iuuat aliam: vt dictum eſt. xcvj. di, quum ad verum. xxiij. q. v. principes. Si aūt aliqui tꝑalem poteſtatem habentes, repugnant ſpirituali: aut eam impediunt: hoc ex inordinata voluntate eorum procedit, abutentium poteſtate ſibi commiſſa: ⁊ non ex conditione ipſius ptātis: que in obſequium ſpiritualis ordinata eſt a deo: vt pre. c. principium. ⁊. xxiij. q. v. ⁊. q. iiij. qñ. ver. intendat charitas veſtra quid dicam. qꝛ hoc ꝑtinet ad reges ſeculi chriſtianos, vt tꝑibus ſuis pacatam velint matrem ſuaꝫ eccleſiam vnde ſpiritualiter nati ſunt ⁊c. Ad id autē quod ſcdo obijcitur: ꝙ regalis ptās eſt permiſſa nō conceſſa: vel commiſſa a deo. Dicendum eſt ꝙ ptās regalis ſm ſe bona eſt: ⁊ ad vtilitatem humane ſocietatis ordinata a deo: vt probatum eſt. Et quod patet ex eo: ꝙ deus ipſe moyſen prefecit populo iſrael: q licet non eſſet rex: tñ regale officium exercebat regēdo ⁊ iudicando populum. Exod xviij. c. ⁊ quaſi per totum. ⁊. xlv. di. diſciplina, extra de renun. niſi cum pridē. §. ne putes. Dauid quoqꝫ diuina electione aſſumptus eſt ad regiam ptātem. j. Reg. xvj. j. q. vij. ſi quis omnem. ij. q. vij. §. his ita rñdetur. ibi. dauid ergo. Alij etiam plures diuina voluntate aſſecuti ſunt ptātem regiam: quum dicitur ptās vel dñatio regia ꝑmiſſa pplo iſrael tꝑe ſamuelis regem petenti. non tanquaꝫ mala malitia culpe: ſed tanqꝫ mala malitia pene ad onus ⁊ punitionem culpe illoꝝ qui petierunt ſibi dari regem ex inordinata voluntate qua minus cōfidebāt de deo qꝫ de hoie. vñ dictuꝫ eſt ipſi ſamueli a deo quū filij iſrael regē peterent: Non te abiecerūt: ſꝫ me ne regnē ſuper eos. j. Reg. viij. Quod aūt fuerit tunc permiſſum tanqꝫ penale: patet ex iure regio: qđ eis ꝓnuntiauit ſamuel: qđ qdē ius nō eſt recte ꝓncipantiū ſed tyrānice dñantium. ⁊ ſubditos ſiḃr opprimētiuꝫ: vt.ſ. tetigi. lij. c. ver. prima cā. Alia dubitatio eſt circa id qđ dictū eſt ptātem ſpiritualē eſſe ſuperiorē tꝑali: ⁊ ꝙ eā inſtituit ⁊ iudicat. Videt. n. hoc non eſſe verū. nam ſup illud ꝑs. l. Tibi ſoli peccaui. dicit gl. Rex oībus eſt ſuperior: ⁊ ideo a deo q eſt maior eo puniendus. Si quis de pplo peccauerit: deo peccauit ⁊ regi. Rex vero non habet hoiem qui ſua facta dijudicet. igit ſpiritualis ptās non poteſt iudicare tꝑaleꝫ. Adhuc. j. Pet. ij. dicit. ⁊ extra de ma. ⁊ obe. ſolite. Subiecti eſtote oī humane creature: pp deuꝫ: ſiue regi quaſi precellenti. ſi ergo rex ꝑcellit: nō eſt ſubiectus alicuiꝰ

An regia ptās ſit eccleſie neceſſaria.

Vtraque poteſtas a deo eſt.

An ptās ſpūalis ſit ſuperior tꝑali.

tum. Sunt ⁊ alia ſacrificia ſpũalia:que fideles deo
offerunt ⁊ offerre tenentur.Sacrificium quidẽ ſpũa
le eſt:contritio:⁊ humiliatio cordis.ps.l. Sacrificiũ
deo ſpũs contribulatus:cor contritum ⁊ humiliatũ
deus non ⁊c.de peni.di.j.non ſufficit.⁊.c.in actione.
Sacrificium ſpũale eſt caſtigatio ⁊ maceratio carnis
vnde apoſtolus ad Rom.xij.Obſecro vos per miſe
ricordiam dei:vt exhibeatis corda veſtra hoſtiaʒ vi
uentem ⁊c.Hoc ſacrificium offerebat Paulus: quũ
dicebat.Caſtigo corpus meũ ⁊c.j.ad Cor.ix.xxxij.q.
v.ſi paulus.Huius ſacrificij ſacerdos:eſt ratio.alta-
re:cor hoſtia,corpus:ignis:charitas:de quibus dñs
ait Leuit.vj. Ignis in altari meo ſemper ardebit:
quẽ nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane p ſingu
los dies:q2 ne feruor charitatis deficiat:meditatio-
nẽ dominice paſſionis in corde ratio aggregare pro
curet. Qualiter aũt hec hoſtia immolanda ſit:no-
tatur quum dicitur Leuit.j.Detracta pelle hoſtie,
artus in fruſta concident.Hoſtie pellem detrahim⁹:
quum in exterioribus non gloriamur:nec ſumus He
rodes:id eſt in pellibus gloriãtes.ps.xlviij.In mul
titudine diuitiarum ſuaruʒ gloriantur.Artus in fru
ſta concidimus:quum ſingulorum membrorũ vi-
tia reſeramus.al's dicetur illud Eccli.xxxiiij.Unus
edificans ⁊ vnus deſtruens:quid prodeſt illi niſi la
bor?vnde.j.ad Cor.v. Modicum fermenti totam
maſſam corrumpit:⁊ illud.Defleat peccator: q2 of-
fendens in vno,factus eſt oium reus. Iaco.ij.extra
de reg.iur.defleat:quod qualiter intelligatur expo-
nit Aug.de peni.diſt.v.conſideret:vnde Sauli preci
pitur.j.Regum.xv.percute Amalech:qui interpre-
tatur gens bruta:ideſt carnis vitia:⁊ demolire vni-
uerſa eius.quod q2 non obſeruauit:regnum amiſit:
Sed q2 multi hoc faciunt tantum pp captandaʒ fa
mam:eccleſiam.vel prebendam:ſequitur in authori
tate.Et ſubijcient in altari ignem.ſ.charitatẽ.Strue
lignorum ante compoſita.i.ſanctarum cogitationũ
congerie ſubminiſtrata.Et membra que ceſa ſunt,
deſuper ordinantes:ideſt ordinatione congrua com
ponentes:q2 ſicut ait glo.ſuper Rom.ij.c.Compo-

Sacrificia ſpũalia deo offerenda.

ſitio corporis indicat qualitatem mentis.xlj.diſt.§.
fi.⁊.Eccli.xix.de conceſ.preben.c. q̃ diuerſitate in-
deciſa. Amictus corporis:⁊ riſus dentium:⁊ inceſ-
ſus hominis:enuntiant de illo. Et quia compoſitio
exterior ab interiori conſurgit:iuxta illud p̃s. xliiij.
Omnis gloria eius filie regis abintus.ſequitur. Ca
put:ideſt intentionem:extra de ſacra vnc.ca.j.⁊ cun-
cta que adherent iecori:ideſt affectus. Inteſtinis, a
ſtercoribus immundarum cogitationum. Et pedi-
bus,a puluere affectionum ⁊ actionum. Lotis aqua
ideſt lachrymis emundatis.p̃s.cxviij.Exitus aqua
rum deduxerunt oculi mei.Jo.xiij. Sacrificium ſpi
rituale eſt quodlibet iuſtitie ⁊ miſericordie opus.
p̃s.iiij.Sacrificate ſacrificium iuſtitie. Sacrificium
ſpũale eſt defenſio veritatis:vnitas charitatis:de pe
ni.di.iij.§.fi.c.ſi quis aũt.Sacrificium ſpũale:ſacrifi
cium laudis:de quo p̃s.xlix.Sacrificium laudis ho
norificabit me.Heb.vlt. Per ipſum offeramus ho-
ſtiam laudis ſemper deo. Sacrificium ſpũale a ma-
lo omni cauere:⁊ mandata ſeruare Eccli.xxxv.Sa-
crificium ſalutare eſt attendere mandatis: ⁊ diſcede
re ab omni iniquitate.Et gñaliter ſacrificium com-
pletum eſt deo perfecte corpus ⁊ aiam offerre: vnde
Ber.Chriſtus pro nobis obtulit hoſtiam precioſio
rem q̃ habuit:ſe totum:qua nimirum precioſior eſſe
non potuit, ⁊ nos ergo faciamus quod poſſumus:
offerentes illi optimum quod habemus.ſ.noſmetip
ſos.corpus in ſacrificium:ſpũm in holocauſtuz. Un
de Judicũ.v. Qui ꝓpria voluntate obtuliſtis vos
diſcrimini:benedicite dño.Duo aũt ſunt act⁹ ꝑfecti
ſacrificij:operatio ⁊ oratio: primus ſignificatur ꝑ al
tare holocauſtoꝝ in quo mactabantur animalia: id
eſt motus carnales ⁊ alia vitia : vtpote Superbia
mictatur per humilitatem . Auaritia per eleemoſy-
narum largitatem.Luxuria per caſtitatem:Secun-
dus ſignificatur per altare incenſi vbi adolebantur
thymiamata:ideſt deuotio,ſuſpiria:⁊ ſancta deſide-
ria. Primum erat in atrio:⁊ opertum erat ex ere.q̃
operatio fit in exterioribus : ⁊ ſemper eam ſequi dȝ
ſonus confeſſionis:q̃ multipliciter contingit pecca
re in operabilibus:vnde Job.ix.Verebar oia opera
mea:de pe.di.ij.ſi enim inquit. Alterum erat in ſan-
ctuario ⁊ opertum erat auro puriſſimo:q̃ oratio fit
in intimis cordis:⁊ ſepe comitatur eam dulcedo cõ
templationis.p̃s.lxxvj. Memor fui dei:⁊ delectat⁹
ſum.Et ex vtroq̃ odor ſuauiſſimus ſurgit ad deuz.
vnde.p̃s.lxv.Holocauſta medullata offeram tibi:id
eſt opera pinguedine charitatis referta:cuz incenſo
arietum:ideſt cum oratione q̃ apoſtoli nobis tradi
derunt:ſicut ipſi a deo acceperũt.Vocantur apoſto
li arietes:q̃ ducatũ gregi dñico prebuerunt.vij.q.j.
ſciſcitaris: ꝫ vtroq̃ altari legitur Leuit.xv.Sacrifi-
cium poſtremo ſpũale oium completiuum: quilibet
actus virtutitis:⁊ quodlibet opus bonum in deum
relatum:⁊ ad veram beatitudinem ordinatuz.ſicut
per Aug.patet.x.lib.de ciui.dei.c.vj.vbi agit de mul
tiplici ſacrificio. Ad dei cultum pertinent oblatio-
nes:decime:⁊ primitie:que cedunt in vſuz illoꝝ qui
ſunt miniſtri diuini cultus:etſi enim omnes fideles
deum colant:ſpãliter tñ quidam ſunt ad miniſteria
diuini cultus perficienda deputati.ad hoc extra de
deci.c.j.⁊.c.tua nobis:ibi.quib⁹ eas ipſe pro ſuo cul-
tu conceſſit.xvj.q.j.reuertimini:de conſe.di.j.omnis
extra de verbo.ſignifi.cauſa.Ad dei cultum pertinẽt
edificatio:⁊ dedicatio tẽploꝝ ⁊ altarium:vnctiones
quoq̃ ⁊ ablutiones:turificationes ⁊ aſperſiones:cõ

Perfecti ſacrificij actus duo

Ad dei cultũ ſpe-ctántia.

ſecrationes ⁊ benedictiones,que in eccleſia fiunt:ſi-
ue locoꝝ:ſiue miniſtroꝝ:ſiue vaſorum,ſiue veſtium,
vel aliarum quarumcũq̃ rerum,que ad dei cultum
qualitercũq̃ applicãtur:ad ad hoc de conſe.di.j.c.j.⁊
per totum:extra de ſacra vnc.c.j.extra de conſe.eccle.
vel.al.per totum.de conſe.diſt.iij.aquam.xxj.diſt.cle
ros.xxv. di. perlectis.Ad ſanctitatẽ quoq̃ eccleſie
pertinet non ſolum cultus qui exhibetur deo:ſed ẽt
ille qui exhibetur angelis ⁊ hominibus ſanctis: q
tñ cultus eſt alterius rationis:q̃ ille qui exhibetur
deo:⁊ vocatur talis cultus Dulia a theologis:quod
eſt reuerẽtia facta creature:de hoc no.de ꝯſ.di.iij.per
latum.⁊.c.venerabiles.Verſus.Dulia fit ſeruo, dño
ſed latria detur.Hyperdulia:ideſt maior dulia debet
chriſti carni:inquantum eſt creatura:⁊ cruci:merito
igitur eccleſie regnum dicitur ⁊ eſt ſanctum.Ad hãc
conditionem pertinet illa cõdito eccleſiaſtici regni:
qua dicitur inſtum ⁊ bonum:q̃ optimis legibus ⁊
ſanctis moribus viuit.Ad hanc conditionem perti
net eius perpetuitas:nam ſanctum dicitur vno mo
do idem quod firmum.Ipſa vero perpetuitas fir-
mitas ⁊ permanentia eſſendi eſt.Ad hoc etiam per
tinet eccleſie firmitas:que vinci ⁊ expugnari nõ po-
teſt.Ad ſanctitatẽ etiã eccleſie pertinet illa conditio:
qua dr̃ copioſuz.dr̃.n. eccleſia ſancta ꝑꝑ copiaz bo-
norum ſpũalium ⁊ chariſmatum:immo nullo eſt ſpi
rituale bonuz:quod in eccleſie ſanctitate non com-
prehendatur:hec aũt ſpũalia bona ſunt vere diuitie
per quas redditur eccleſia copioſa:vnde p̃s.cxj.Glo
ria ⁊ diuitie in domo eius.ſ.eccleſie.He ſunt ſcriptu-
re canonice:⁊ earum multiplices expoſitiones gra-
tie gratis date:virtutes:dona:⁊ varia multoꝝ opera
quibus omnibus abundat eccleſia :per illum qui
eſt oium dñs diues in omnes qui inuocant eum.ad
Rom.x.in quo ſunt omnes theſauri gratie ⁊ ſapien
tie.⁊ col.ij. Et de iſtis diuitijs dicit apl's.j. ad Cor.j.
Q̃ in oib⁹ diuites facti eſtis in illo.Eſt ergo eccleſie
regnũ ſanctũ:⁊ ab illo ſanctificatũ q ait Leuit. xix.
⁊.j. Pet.j.Sancti eſtote:qm̃ ego ſanctus ſum.lxxxj.
diſt.oportet. Quicũq̃ igitur criminoſus eſt:de iſto
regno quantum ad deum non eſt.Nam ſi ſit in nu-
mero:non eſt in merito:de pe.di.j.eccleſia.ibi.qui er-
go peccator eſt aliqua ſorde maculatus : non poteſt
de eccleſia chr̃i appellari. Sãctitas hois icipit in ſta
tu penitẽtie:ꝑficit i ſtatu iuſtitie:ſȝ ꝑficit i ſtatu glie.
Vñ ait dñs Moyſi.Exo.xix.vade:⁊ ſanctifica popu
lum hodie ⁊ cras:lauentq̃ veſtimenta ſua:⁊ ſint pa
rati vſq̃ in diem tertiũ.i.ad ſtatũ glorie que parata
eſt eis. vñ Matth.xxv. Percipite regnuz quod vo
bis paratum eſt.vnde Ber.Si propoſueris in cor-
de tuo declinare a malo ⁊ facere bonum:tene quod
accepiſti: ⁊ profice in melius. ſemper:ſed ſi aliquid
minus iuſte egeris (vt eſt humana fragilitas) non
in eo perſiſte:ſed penitere ⁊ corrigere:⁊ eris ſine du-
bio ſanctus:ſed cui interim clamare neceſſe ſit. p̃s.
xxxv. Cuſtodi animam meam quoniam ſanctus
ſum:vnde Apoc.vlti.qui ſanctus eſt ſanctificetur ad
huc.xlvij.di.quantũlibet.Tales ſancti in conſpectu
dei manducant ⁊ bibunt.de pe.di.j.⁊ venit.vbi hoc
exponitur.Et hec eſt dei voluntas ſanctificatio ve-
ſtra.j.ad Theſſal.iiij.Unde ⁊ omnis ſanctus ſacer-
dos eſt:qui ſe totum deo immolat.xl.diſt. multi. Sȝ
non eſt ſanctus:vt eſt dñs.j. Reg.ij.qui eſt ſanctus
ſanctoꝝ.Danie.ix.Epi etiam precipue ſancti erunt.
C.de epiſ.⁊ cleri.ſi quis in hoc genus.ibi.cui ſancti-
tas ignoſcendi gloriaz dereliquit,⁊ in aut.de ſanct.

Ad eccleſie ſanctitatẽ plurima reducuntur

Sanctus qs ⁊ qño futurus.

epi.⁊ in rubro ⁊ nigro:⁊ precipue peramplius papa.
Quis n. ſanctum eſſe dubitet:quē apex tante digni
tatis attollit.xl.diſt.c.j.⁊ omnes corpus chriſti offe-
rentes.j.q.j.neqꝫ enim.xxviij.diſt.decernimus.San
ctuz facit affectio ſancta:ſanctus timor dñi:⁊ ſanctꝰ
amor:ijs affecta anima qua brachijs tribus dñm cō
prehendit:amplectitur:ſtringit:⁊ tenet,dicens. Te-
nui eum:nec dimittā eum.Can.iij.Bern.de conſide
ratione.lib.j.item Ber.tria faciunt hoiem ſanctum:
victus ſobrius:actus inſtus:ſenſus pius. Uis appa
rere ſanctus?circa vitā tuā eſto auſterus:circa alios
benignus:audiant te homines parua mandantem:
⁊ grādia facientem. Chryſo.ſuper Matt. Ultimo

Eccleſia cur apoſtolica vocitetur:

reſtat conſiderare ꝙ eccleſie regnum eſt ⁊ dicitur a-
poſtolicum.Eccleſia quidez dicitur apoſtolica. Pri
mo qꝛ in apoſtolis inchoata:⁊ initiata.ipſi eniz,fue-
runt primitie populi chriſtiani quantū ad tps gra-
tie reuelate.xxv.q.j.§.hac itaqꝫ.ibi. vnde de plebe
iudaica primum apoſtolos elegit:quos quaſi funda
mentū eccleſie inſtituit.Sicut aūt primi fuerunt ſꝫm
tps:ita fuerunt precipui ſꝫm ſpūalem perfectionem:
ex lib.vj.de elec.fundamenta.xxiiij.q.ij.legatur. ibi.
ſiue ab apoſtolis ipſis quos potiores merito fuiſſe
non dubium eſt:vnde Greg.in moral.lib.xix. Pro-
pheta proſpiciens cuncta carnis deſideria : apoſto-
los ſpūali amore tranſcendere admirans:ait Eſa.lx.
Qui ſunt hi qui vt nubes volant?ac ſi aperte dicat.
Nos per terram gradimur:qui adhuc coniugijs im
plicamur ⁊ propagande ſoboli operam carnis im-
pendimus.Iſti vero non ambulant in terra : ſed vt
nubes volant,qui dum celeſtia appetunt:de terrenis
deſiderijs nihil tangūt.Item idem in homilia.Am
bulabat Jeſus.Qui ſunt iſti qui vt nubes volant?
Eſa.lx.Apoſtolos terrena contemnentes:mente ce-
leſtibus appropinquantes:verbis pluentes : mira-
culis coruſcantes:⁊ quos a terrenis contagijs ſan-
cta predicatio ⁊ vita ſublimis ſuſpenderat: hos vo-
lantes pariter ⁊ nubes appellat.Unde ⁊ apoſtolus
de ſe.⁊ de his apoſtolis loquens,ait.Rom.viij.Nos
ipſi primitias ſpū habentes.glo. ideſt ſpiritumſan-
ctum habentes:⁊ tempore priue:⁊ ceteris abundā
tius.⁊.ij.Theſſalo.ij .Elegit nos deus primitias in
ſalutem.ſ.noſtram ⁊ oium gentium.Et quia primū
⁊ perfectum in quolibet gñe:cauſa eſt omnium que
ſunt poſt:Ideo ſecundo dicitur eccleſia apoſtolica:
qꝛ per alios propagata:⁊ vſqꝫ ad mundi terminos:
verbo predicationum extenſa.ps.xviij.Quia in om
nē terrā exiuit ſonus eoꝝ:⁊ in fines orbis terre ver-
ba eoꝝ ⁊c. Rom.xxix .diſt.in memoriam.extra lib.
vj.de elec.fundamenta.Ipſi ergo patres ⁊ progeni-
tores fideliuz.Ipſi edificatores ⁊ fundatores eccle-
ſie:q̄z doctrinis,miraculis:exemplis:⁊ effuſione ſan
guinis plantauerūt.Ut pre.c.fundamenta.⁊.lxviij.
diſt.quorum vices.⁊.xxij.diſt.c.ij.Unde Luce.vj.ſi-
mile.Marci.iij.⁊.Mat.x.dicitur ꝙ chriſtus elegit
duodecim:quos apoſtolos nominauit:vt dicit gloſ.
quos ad propagandum auxilium ſalutis humane
per terrarum orbem ſatores fidei deſtinaret. Item
ibi glo.ſuper verbo.Elegit duodecim:vt quadratuz
orbem fide trinitatis inſignirent.Et quia eiuſdem
eſt producere aliquid:⁊ gubernare illud: Ideo ter-
tio dicitur eccleſia apoſtolica:qꝛ per apoſtolos guber
nata ⁊ adminiſtrata.Ipſi enim eccleſie ordinatores
xj.diſt.palam.Ipſi diſpenſatores.xliij.diſt.diſpenſa-
tio.Ipſi adminiſtratores.j.Cor.iiij. Ipſi paſtores:
extra lib.vj.fundamenta.§.j.Ipſi doctores.ij.q.vij.
ſententia.Ipſi principes.ps.xliiij. Conſtitues eos
principes ſuper oēm terrā ⁊c.lxviij.diſt.quoꝝ. Ipſi
pontifices:quid ſit:vide.xxj.di.c.j. verſi. pontifices.
Ipſi reges a regendo eccleſiam.ij.q.j.ſcelus,Ipſi du
ces:qꝛ ducatum gregi dñico prebuerunt.vij. q.j.ſci-
ſitaris. Ipſi ſunt duodecim porte ciuitatis:de quibꝰ
dicitur Apocal.xxj.c.ꝙ ciuitas habebat muruz ma-
gnum ⁊ altum:habens portas duodecim:vbi dicit
glo.ꝙ per portas, ſanctos intelligimus apoſtolos:
per quorum ſidem ⁊ doctrinam in ſanctam ciuita-
tem introimus.Et quotquot hominū ad chriſtum
conuertuntur:per ipſoꝝ eruditionem ſanctam ciui-
tatem ingrediuntur. Ipſi ſunt duodecim fundamē
ta eiuſdem ciuitatis:ſicut in eodem capitulo ſcribit
ꝙ murus ciuitatis habebat fundamenta duodeciz.
Licet enim chriſtus ſit eccleſie fundamentum pri-
marium ⁊ principale.j.ad Cor.iij.extra de bap.c.iij.
§.porro:extra in clemen.de ſum.trini.fidei.Tū apo-
ſtoli ſunt fundamenta ſecundaria:extra de elec.fun-
damenta.lib.vj.Unde illud ad Ephe. Superedifi-
cati ſupra fundamenta apoſtolorum ⁊ prophetarū.
Sed chriſtus eſt primuz ⁊ maximū fundamentuz:
ſupra quod tanq̄ petraz firmā:eſt fundata eccleſia.
Mat.xvj.⁊.xix.diſt.in memoriam:⁊ pre.cap.funda
menta.Sicut.n.dicitur ſanctus ſanctoꝝ.Daniel.ix.
⁊ paſtor paſtoꝝ.j. Pet.vlti.⁊.xcv.diſt.eſto. ſic dicit
fundamentum fundamentoꝝ . De his ſecundarijs
fundamētis.ſ.apoſtolus dicitur.j.ad Cor.xij. Quoſ
dam quidem poſuit deus in eccleſia primuz apoſto
los.glo. Primum dignitate ⁊ tempore vite chriſti
predicantes:⁊ oium ordinatores ⁊ iudices. ⁊ Heb.
xij.Acceſſiſtis ad eccleſiam primitiuoꝝ:ideſt apoſto
loꝝ.Qui primi crediderunt:⁊ quoꝝ fidei alij adiun
cti ſunt.His beatis apoſtolis ſuccedunt in eccleſia
epi.lxviij.di.quoꝝ vices.xxj.di.in nouo:extra de ſa-
cra vnc.c.j.§.fi.Quorum precipuo ⁊ primo.ſ. Pe-
tro ſuccedit primus prelatus ⁊ ſummus pontifex:
vniuerſalis eccleſie paſtor:⁊ rector:qui ⁊ papa dicit
ideſt pater patrum:vel paſtor:paſtorum:vel admira
bilis.Dicitur etiam papa ſummus:non conſumma
tione:ſed capacitate:non comparatione meritorum
ſed miniſterioꝝ.Eſt enim ſummus inter miniſtros
Bern.de conſideratione lib.ij. Appſtolicus etiam
nominatur:qꝛ vertici apoſtolorum ſuccedit.ſ. Pe-
tro.⁊ quia toti eccleſie que apoſtolica dicitur : preſi-
det.lxxix.diſt.c.j.c.oportebat.c.ſi quis ex epis. Sed

Cur non prophetica dicitur eccleſia.

illud queritur quare magis dicatur apoſtolica.quaz
prophetica?Ad quod dicendum:ꝙ pp ampliorem
gratiam que fuit in apoſtolis:⁊ lucidiorem doctri-
nam atqꝫ diffuſionem:que per totum mundum eſt
dilatata:vñ.xix.di.ita dñs.Ita dñs nr̄ Jeſus chriſtus
humani generis ſaluator inſtituit:vt veritas que an
tea legis ⁊ prophetarum preconio continebatur : p
apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret:
Adhuc apoſtoli filij ſunt prophetarum ⁊ antiquoꝝ
patrum:vnde in ps.xliiij. Pro patribus tuis nati
ſunt tibi filij:conſtitues eos principes ſuper oēz ter-
ram.lxviij.diſt.quorum.Et ideo in hoc ꝙ eccleſia dr̄
apoſtolica ab apoſtolis:intelliguntur patriarche ⁊
prophete:quorum apoſtoli ſunt filij ⁊ per propaga-
tionem carnis ⁊ per imitationem operis : qꝛ cuius
opera quis facit eius appellatur filius. Joan.viij.de
peniten.diſt.j.§.Hoc idem:verſic.item ( vt chriſtus
ait)omnis qui odit.Item non dicitur eccleſia pro-
phetica:quia prophete de ea predixerunt , quod in
ea completū eſt non ipſa de alia prophetizat eccleſia.

Item

UNED

Eccleſia cur chriſtiana nō dicitur.

Item queritur cur eccleſia non dicitur chriſtiana a chriſto:qui eſt caput eccleſie:ſicut dicitur apoſtolica ab apoſtolis:qui ſunt mēbra chriſti:licet nobilia: ⁊ precipua. Ad quod dicendum ꝙ eccleſia indubitanter ⁊ chriſti dicitur, ⁊ chriſtiana vocatur: ſicut dicit populus chriſtianus. Sed in ſymbolo magis dicta eſt apoſtolica:qꝛ per hoc intelligitur vtrūqꝫ.ſ.⁊ cetus apoſtoloꝝ chriſti:⁊ etiaꝫ ipſe chriſtus. Nam apoſtoli interpretantar miſſi.xxj.di.in nouo.ibi.a quo miſſi ſunt. Unde Aug.ad Oroſium ca.xl.apoſtolus interpretatur miſſus. Apoſtoloꝝ ergo tria ſunt genera. quidam mittuntur a deo, vt Moyſes ⁊ apoſtoli.a deo ⁊ per hominem:vt Joſue. per hominez tantuꝫ. ſicut meis temporibꝰ multi fauore vulgi in ſacerdotium:ſubrogantur. Item ad Rom.j.glo. apoſtolus latine miſſus dicitur:vel legatus:miſſus aūt dat intelligere mittentem:vnde quum apoſtoli a chriſto fuerint miſſi:in eo ꝙ eccleſia dicitur apoſtolica, inſinuatur etiam chriſtus ipſe. Adhuc ipſe Chriſtus vere apoſtolus dicitur:qꝛ miſſus a patre: ſecundū illud. Sicut miſit me pater: ⁊ ego mitto vos. Joan.xx Unde ad Heb.iij.dicitur de chriſto. Cōſiderate apoſtolum ⁊ pontificem confeſſionis veſtre: ideſt quem confitemur. Ubi dicit glo. Cur negamus eum apoſtolum quem nobis deus miſit? pp quod non ſoluꝫ ab apoſtolis chriſti,ſed etiaꝫ ab ipſo chriſto ſummo apoſtolo eccleſia denominatur apoſtolica. Per hoc aūt ꝙ eccleſie regnum dicitur apoſtolicum:datur intelligi alia conditio huius regni.ſ.ꝙ rite ſit inſtitutū. Nam inſtitutor huius regni chriſtus eſt principaliter:⁊ conſequenter apoſtoli: ipſi enim inſtitutores eius qui ⁊ fundatores ⁊ propagatores. Non poteſt aūt eccleſiaſtici regni inſtitutio eſſe niſi recta atqꝫ legitima:que tam ſanctos:tam perfectos hꝫ inſtitutores, apoſtolos dico populoꝝ principes, deos terre quodammodo: fortes fidei teſtes, vicarios chriſti: amicos dei, domeſticos eius, vaſa ſpirituſſancti, luminaria mundi, ſal terre, baſes eccleſie militantis: milites chriſti: iudices ſeculi, adſeſſores chriſti duodecim lapides precioſi, claues celi. Apoſtoli autem ſunt duodeciꝫ filij Jacob. Gen.xxxv. Apoc.xij. Duodecim fontes deſerti:quos Iſrael reperit in Elym. Exod.xv. Duodeciꝫ lapides altaris.iij. Reg.xviij. Duodecim virge. Nume.xvij. Duodecim lapides in Jordane leuati. Joſue.iiij. Duodecim boues in mari. Et duodecim in holocauſtum. Nume.vij. ad finem. Duodecim ſtelle in corona ſponſe. Apoca.xij. Duodecim fundamenta ciuitatis. Apoca.xxj. Duodecim hore diei. Joan.xj. Duodecim porte ciuitatis Hieruſalē. Apoc.xxj. Duodecim menſes anni. Apoc. vlti. Fructus duodecim ligni vite. Apocal.vlti. gloſ. Actuum.xiij. Qui vt eccleſiam inſtituerent atqꝫ propagarent:acceperunt plenitudinem chariſmatum: locutionem oīum linguarū:ad oīum nationum eruditionem. Actuum.ij.de conſe.diſt.iij.c.fi. Poteſtatem miraculoꝝ ad confirmationem doctrine:⁊ conuerſionem non credentium. Actuum.iij. Luc.x. Authoritatem dimittendi peccata: introducendi ad vitam. Joan.vlti. de peni.diſt.j.quem penitet. Ligandi homines atqꝫ ſoluendi. fortitudinem animi contra tyrannos. Heb.x.⁊ contra queqꝫ mundi aduerſa vel proſpera. Sapientiam ſpiritualem: contra mundi ſapientes, ⁊ legiſperitos:⁊ demonum fallacias.j.ad Cor.ij. Per boc etiam ꝙ regnum dicitur apoſtolicum:intelligitur ⁊ alia eius conditio.ſ. firmitas: Ipſi enim apoſtoli:qui ſunt eccleſie duces ⁊ principes:ipſi ſunt eius patroni ⁊ interceſſores:cuſtodes ⁊ defenſores:ipſi ⁊ fundamenta: vt dictum eſt. Et ideo firmum ⁊ forte ⁊ bene fundatum eſt eccleſie regnum:quod talibus gubernaculis regitur: talibꝰ fundamentis innititur:talibꝰ p̄ronis ꝓtegitur.

Apſtoꝝum tria gn̄a.

Eccleſia vn̄ ap̄lica.

Appoſtoloꝝ laudes memoria tu digne.

Illud aūt non eſt omittendum ꝙ licet ab oībus apoſtolis eccleſia denominetur apoſtolica: ſpāliter tñ a vertice apoſtoloꝝ Petro.ſ.qꝛ etſi fundata ſit ſupra oēs apoſtolos:tñ precipue ſupra Petrum: qui poſt chriſtum:immo ⁊ vice chriſti eſt eccleſie caput ⁊ fundamentum.xxij.diſt.c.ij.xix.diſt.ita dn̄s.⁊.xxj.diſt.in nouo.xxiiij.q.j.loquitur:vnde Matt.xvj.ei a chriſto dictum eſt. Tu es petrus:⁊ ſuper hanc petrā edificabo eccleſiam meam.ideſt ſuper te.vt Aug.exponit ſm vnum modū:licet aliter exponatur ſuper hanc petram:ideſt ſuper hanc quem confeſſus es. Hanc expoſitionem innuit Leo papa in preal.ca.ita ⁊ Nicolaus:extra de elec.fundamenta.lib.vj. qꝛ petra erat chriſtus.j.Cor.x.de conſe.diſt.ij re vera. Uel ſuper hanc fidem ⁊ confeſſionē q̄ꝫ de me feciſti. Et in quodam ſermone de cathedra beati Petri ait Aug. pertractans verbum predictuꝫ: Petruꝫ itaqꝫ fundamentuꝫ eccleſie dn̄s nominauit:⁊ ideo digne hoc fundamentum colit eccleſia:ſupra quod eccleſiaſtici edificij altitudo conſurgit. Item Aug.de verbis dn̄i ſermone ſeptimo. Hoc nomen Petrus a dn̄o impoſitum eſt.⁊ hoc in ea figura vt figuraret eccleſiaꝫ: qꝛ enim chriſtus petra: Petrus populus chriſtianꝰ vocatur. Tu es (inquit) Petrus:⁊ ſuper hanc petrā edificabo eccleſiam meā:q̄ꝫ confeſſus es.⁊ q̄ꝫ cognouiſti:dicens. Tu es chriſtus filius dei viui:ideſt ſup meipſuꝫ filiū edificabo te:non me ſuper te. Itē gl.ſuper predicto loco. Mat.xvj. Tu es Petrus. Nō dico vocaberis.ſed tu es Petrus ob fortitudinem fidei:⁊ confeſſionis conſtantiam. Et ibi ego.dico tibi glo.qui credis in me. Et ibi hanc petram.gloſ.interli.chriſtum quem credis. Item glo.ibi. Tu es Petrus:a me petra:ita tñ vt mihi retineam fundamenti dignitatem. Tu ſuper me ordinabis lapides mūdos:⁊ inſuper omnia abijcies leproſos. Et ibi. Et tibi dabo claues:ideſt tribuam preſentis: iudicij poteſtatem regni eccleſie. Item glo.⁊ tibi.vt oībus cōſtaret ꝙ abſqꝫ ea confeſſione ac fide Petri:nullus regnum celoꝝ poſſet intrare. Item alia glo. qui pre ceteris confeſſus eſt:illi pre ceteris donantur claues. Claues ſunt diſcernendi ſcientia:⁊ potentia.xx.diſt. §.j.quia dignos recipere:⁊ indignos debet credere a regno. Unde ſubdit. Et quodcūqꝫ ligaueris: ideſt quem in peccatis perſiſtentem:eternis penis adiudicaueris:vel quem humilem ⁊ vere penitentē, abſolueris, ſic ⁊ erit in celis. Item ibi glo. alia interlinearis. Quemcūqꝫ indignū remiſſione iudicaueris: dū viuit:apud deū indignꝰ iudicabitur.⁊ quemcūqꝫ ſoluendū iudicaueris:duꝫ viuit: remiſſionem peccatorum conſequetur a deo. Item ibi.glo. Hieron. Et quemcūqꝫ ⁊c. habent quidē eandem iudiciariaꝫ poteſtatem alij apoſtoli:quibus poſt reſurrectioneꝫ ait Joan.vlti. accipite ſpiritumſanctum:quoꝝ remiſeritis ⁊c. Habet etiam omnis eccleſia in preſbyteris ⁊ ep̄is.ſed ideo Petrus eam ſpāliter accepit:vt omnes intelligant ꝙ quicūqꝫ ab vnitate fidei ⁊ ſocietate eiꝰ ſe ſeparauerit:nec a peccatis ſolui: nec celum poteſt ingredi. Hunc locum quidam non intelligentes: aliquid ſibi adſumunt de ſupercilio phariſeoꝝ:vt damnare innoxios: vel ſoluere noxios ſe putent: quum apud deum non ſententia ſacerdotum: ſed reoꝝ vi-

Tu es petrus ⁊ ſup hanc pet. edificab.

Petri claues.

ta queratur. Unde etiam vt dicitur in Leuitico: oſtē
dere ſe ſacerdotibus iubentur leproſi: quos illi non
faciunt leproſos: ſed diſcernunt qui mundi vel im-
mundi ſint. xj. q. iij. q̃uo ita. ⁊ de iſta mã. xj. q. iij. §. de
his inq̃z: cum omnibus duodecim capitulis vſq̃z ad
§. hoc etiam: ⁊ ab illo. §. vſq̃z ad §. ex his. Item pre
dicto loco, ⁊ porte inferi ⁊c. De his portis ſupra eo-
dem capitulo. §. j. verſi. de fortitudine. Porte inferi
ſunt peccata mine blanditie hereſes quibus infirmi
ruunt in mortem: qui non vere ſupra petram: ſed ſu
per arenam domũ profeſſionis ſue credendi ſunt edi
ficauiſſe: ideſt non ſimplici ⁊ vera intentione chriſtũ
ſequi: ſed ob terrenam quamlibet cauſam habitum
pretendiſſe: qui enim in intimo: cordis amore fidez
chriſti percipit: quicquid ingruit: facile vincit. Item
ſupra pre locum Mat. xvj. Quem dicunt homines
eſſe filium hominis? ſubiecit. Uos aũt quem me eſſe
dicitis? Hiero. Quaſi diceret illis, q̃ homines ſunt
humana opinantibus: vos qui dij eſtis quem me eſ
ſe exiſtimatis? Rabanus. Non aũt quaſi neſciens
ſententiam de ſe diſcipuloꝝ vel extraneoꝝ: inquirit.
Sed ideo diſcipulos quid de ſe ſentiant interrogat:
vt confeſſionem recte fidei digna mercede remune-
ret. Ideo quid alij de ſe ſentiãt interrogat ſeu inqui-
rit: vt expoſitis primo ſententijs errantium: diſcipu
li probarentur veritatē ſue confeſſionis non de opi-
nione vulgata: ſed de ipſo percepiſſe dominice reue-
Petr⁹ os apl'orum. lationis arcano. Item Chryſo. Quando vero dñs
de plebis opinione interrogat: oẽs reſpondent: ſed
omnib⁹ diſcipulis interrogatis. Petrus tam̃q̃z os
apoſtoloꝝ ⁊ caput: pro oibus reſpondet. Unde ſequi
tur. Reſpondens Simon Petrus: dixit. Tu es chri
ſtus filius dei viui. Orig. denegauit quidem Petr⁹
aliquem eoꝝ eſſe Ieſuz, quē arbitrantur Iudei. Cõ
Viu⁹ cur di deus. feſſus eſt aũt: Tu es chriſtus: quod neſciebant Iu-
dei: ſed etiam (quod maius eſt) filius dei viui: qui ⁊
per prophetas dixerat. Uiuo ego dicit dñs. Et ideo
dicebatur vnius ſm ſupereminentiã qua ſupereml-
net oibus habentibus vitam: q̃m ſolus habet im-
mortalitatem. j. ad Timo. ij. Et eſt fons vite: quod
proprie dicitur deus pater. Uita aũt eſt quaſi de ſon
te procedens: qui dixit. Ioan. xiiij. Ego ſum vita ⁊c.
Unde Ioan. j. Quod factum eſt in ipſo: vita erat, ⁊
vita erat lux hominũ: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tene-
bre eum non comprehenderunt. Fuit homo miſſus
a deo cui nomen erat Ioannes: hic venit in teſtimo
nium: vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt oẽs
crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimo
nium perhiberet de lumine: Erat lux vera que illu-
minat oẽm hominem venientē in hunc mundum.
In mundo erat: ⁊ mundus per ipſum factus eſt: ⁊
mundus eum non cognouit. In propria venit: ⁊ ſui
eum non receperunt. Quotquot aũt receperunt eũ:
dedit eis poteſtatem filios dei fieri: ijs qui credunt
in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus: neq̃z ex
ex voluntate carnis: neq̃z ex volũtate viri: ſed ex deo
nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: ⁊ habitauit in
nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriaz quaſi vni
geniti a patre: plennm gratie ⁊ veritatis. Hierony.
Etiam deum viuum appellat ad comparationem
eoꝝ deoꝝ: qui putant dij: ſed mortui ſunt. Saturnũ
dico: Iouem: Uenerem: Herculem ⁊ cetera idoloꝝuz
portenta. Hilarius. Eſt aũt hec vera ⁊ inuiolabe-
lis fides: ex deo deum filium perfectum fuiſſe: cui ſit
ex eternitate parentis eternitas. Hunc igitur aſſum
pſiſſe corpus: ⁊ hominem factum eſt perfecta confeſ
ſione cognouit. Complexus eſt igitur omnia: qui ⁊
virum ⁊ nomen expreſſit: in quo ſumma virtutum
eſt. Rabanus. Mira aũt diſtinctione factuz eſt, vt
dñs ipſe humilitatem aſſumpte humanitatis profi-
teatur: vocans ſe filium hominis: quum dixerit ibi.
Quem dicunt homines eſſe filium hominis? diſci-
pulus vero Petrus excellentiam diuine eternitatis
oſtendit. Hilarius. Dignuz aũt confeſſio Petri pre
mium conſecuta eſt q̃ dei filiuz in homine vidiſſet.
Unde ſequit. Reſpondens aũt Ieſus dixit ei. Bea
tus es Simon Bariona: q̃ caro ⁊ ſanguis non re-
uelauit tibi: ſed pater meus: qui eſt in celis. Hieron.
Reddit enim chriſtus apoſtolo vicem pro teſtimo-
nio de ſe. Petrus dixerat. Tu es chriſtus filius dei
viui. Dñs aũt dixit ei. Beatus es Simon Bariona
quare? q̃ non reuelauit tibi caro. ⁊ ſanguis: ſed reue
lauit pater: quod caro ⁊ ſanguis reuelare nõ potuit:
ſpirituſſancti gratia reuelatuz eſt. Ergo ex confeſſio
ne ſortitur vocabulum. ꝙ reuelationem ex ſpũſſan-
cto habebat: cuius ⁊ filius appellandus ſit. Siqui-
dem Bariona in lingua noſtra ſonat filius colum-
be: ideſt ſpũſſancti. Chryſ. Uanum aũt eſſet. Ioan. j.
Tu es filius Iohanna: niſi vt oſtendat q̃m ita nãli
ter eſt chriſtus filius dei: ſicut Petrus filius Iohã-
na: eiuſdem ſubſtantie cum eo qui genuit. Hiero. Il
lud aũt quod ait: q̃ caro ⁊ ſanguis non reuelauit ti
bi apoſtolice narrationi cõpara. in qua ait ad Gala.
j. Continuo non acquieui carni ⁊ ſanguini: neq̃z ve-
ni Hieroſolymam ad anteceſſores meos apoſtolos:
ſed abij in Arabiam: ⁊ iterum reuerſus ſum Dama-
ſcum. Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam
videre Petrum: ⁊ manſi apud eum diebus quinde
cim: alium aũt apoſtoloꝝ vidi neminem: niſi Iaco-
bum fratrem dñi. Que aũt ſcribo vobis: ecce coram
deo: q̃ non mentior. Deinde veni in partes Syrie ⁊
Cilicie. Eram aũt ignotus facie eccleſijs Iudee que
erant in chriſto: tantum aũt audituz habebant: q̃m
qui perſequebatur nos aliq̃n: nunc euangelizat fidē
q̃z aliq̃n expugnabat: ⁊ in me clarificabant deum.
Carnē ibi ⁊ ſanguinē iudeos ſignans: vt hic quoq̃z
ſub alio ſenſu demonſtretur: ꝙ ei non per doctrinaz
Phariſeoꝝ: ſed per dei gratiam: chriſtus dei filius
reuelatus ſit ⁊c. Hilarius. Uel aliter beatus Petr⁹
hic vltra humanos oculos ⁊ intendiſſe ⁊ vidiſſe lau
datus eſt: non id quod ex carne ⁊ ſanguine eſt con-
tuens: ſed dei filium celeſtis patris reuelatione cõſpi
ciens. dignuſq̃z iudicatus eſt: vt primus agnoſceret
ꝙ diuinitas eſſet in chriſto. Item ſuper predicto
verbo. Fili⁹ dei viui. Chryſ. Nimirũ aũt ſi non con
feſſus eſſet Petrus chriſtum proprie ex patre natũ:
non eſſet hoc reuelationis opus: nec exiſtimare chri
ſtum vnum ex multis filijs adoptiuis: beatitudine
dignum eſſet. Nam ⁊ ante hoc illi qui erant in naui
dixerunt. Uere filius dei es. Et quuz tranſfretaſſent:
venerunt in terram Geneſar: ⁊ quum cognouiſſent
eum viri loci illius: miſerunt in vniuerſam regionez
illam: ⁊ obtulerunt ei oẽs male habentes: ⁊ rogabãt
eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et
quicũq̃z tetigerunt: ſalui facti ſunt. Mat. xiiij. ſed ⁊
Nathanael. Ioan. j. dixit. Rabi tu es filius dei. Nõ
tñ beati dicti ſunt: q̃ non talem confeſſionem qua-
lem Petrus. Sed vnum ex multis eum exiſtima-
bant: non vere dei filium: vel etſi precipuum quidez
pre multis: non tñ ex ſubſtantia patris. Uides aũt
qualiter ⁊ filium reuelat pater: ⁊ patrem filius: non
enim ab alio eſt dicere filium q̃z a patre: nec ab alio

patrem

UNED

patrem ꝗ̄ a filio. Mat. xj. Et nemo nouit filiuz: niſi pater: neq̄ patrem quis nouit: niſi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Venite ad me oēs qui laboratis: ⁊ onerati eſtis: ego reficiam vos: tollite iugum meū ſuper vos: ⁊ diſcite a me q̄ꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem animabus veſtris. Iuguz enim meum ſuaue eſt: ⁊ onus meum leue ⁊c. Quare ⁊ hinc manifeſtum eſt, ꝙ filius eſt conſubſtantialis ⁊ coadorandus patri. Oſtendit autē chriſtus ex hinc iam multos credituros quod fuerat Petrus confeſſus. vnde ⁊ ſubdit. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. i. in hac fide ⁊ confeſſione eccleſiā meā. Hinc dicit iam multos credituros quod Petrus confeſſus fuerat: ⁊ erigit eius ſenſum: ⁊ paſtorem ipſum facit. Adde hic quod ſcripſi de Petro ⁊ eius prerogatiua ſupra. liiij. ⁊. lv. capitulis. Vere igitur eſt eccleſie regnum glorioſe magnificuz: ⁊ magnifice glorioſum. Quod ⁊ vnum: ⁊ catholicum, ſanctum, ⁊ apoſtolicum: rectiſſime nuncupatur ⁊c.

## Quomodo dicatur chriſtus caput eccleſie. Quomodo eccleſia antiquorum patrum ⁊ iſta vna eſt: etiam caput ſemper chriſtus. Cap. 64

Triplex eccleſie ſtatus.

Habuit inſuper regnum eccleſie triplicē ſtatum. Primo in lege nature: in quo nullum ſignū diſtinctiuum fidelium ab infidelibus habuit: licet habuit primitias, oblationes: decimas, ⁊ ſacrificia de muneribꝰ ⁊ oblationibus. Gen. iiij. xiiij. q. v. ſcriptum: de ſacrificijs. Gen. viij. ⁊. xiiij. de conſe. diſt. iiij. quod apud: de decimis. Gen. xxviij. ⁊. xiiij. Secundo habuit ſtatum in tempore legis ſcripte: in quo habuit circunciſionem datam ipſi Abrae. Geneſ. xvij. de conſecra. diſt. iiij. quod apud nos. per quaz diſtin̄guebantur qui non erant de lege dei ab alijs. Habuit etiam ſtatum in lege vel tempore gratie: in quo habuit baptiſma ⁊ alia ſacramenta: vt pre. ca. quod apud: ⁊ extra de bap. maiores: in quibus confertur gratia ⁊ remiſſio peccatoꝝ. j. q. j. multi. ⁊. c. quicquid extra in clemē. de fi. cath. ſacroſancte. §. fi. Sacrificia aūt legis nature ⁊ legis ſcripte iuſtificabant ratione fidei: cuius profeſſio in illis fiebat: vt pre. c. q̄d apud.

Initium eccleſie.

Habuit ergo eccleſia initium ab ipſo Abel poſt Adā in quo primo cepit eccleſia: vt. ſ. in principio probaui. xxxvj. c. ⁊ hic adde quod ibi notaui: ſicut chriſtus innuit. Matth. xxiij. vt veniat ſuper vos (inquit) omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram a ſanguine Abel iuſti. ⁊ Lu. xj. ibi a ſanguine Abel ⁊c. ad Hebr. xij. ⁊. j. Joan. iij. ⁊ apoſtolus ad Hebr. xj. ſic ait. Fidei plurimam hoſtiaz Abel ꝗ̄ Cayn obtulit deo: per ꝗ̄ teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtꝰ teſtimonium perhibente muneribus eius deo: ⁊ per illam defunctus adhuc loquitur: ⁊ ordinate deſcendens apoſtolus per notabiles ſancto. ſ. Enoch, Noe, Abraā, Saram, Iſaac, Jacob, Joſeph, Moyſen, filios Iſrael in Exo. xiiij. qui. tranſierunt mare rubrum: ad quorum fidem muri Hierico corruerūt: in Joſue. vj. Raab meretricem, Gedeon, Barach, Samſon, Jepte, Dauid, Samuel: narrat virtutes eccleſie: ⁊ paſſiones quas ſuſtinuit a principio mundi vſq̄ ad chriſtum: qui eſt lapis angularis. ps. cxvij. Innuens fidem patrum veteris teſtamenti: cū fide patrum noui teſtamenti, cōcludens in. xij. c. ad Heb. Ideoq̄ ⁊ nos tantam habentes nobis impoſitam nubem teſtium: deponentes omne pondus ⁊ circūdans nos peccatum per patientiaz curramus ad ꝓpoſitum nobis certamen aſpicientes in authorem fidei ⁊ conſumatorem Jeſum. Eadē ergo fides fuit ⁊ eſt in eccleſia ab Abel vſq̄ ad vltimum iuſtuz: qui erit in fine mundi: q̄ꝛ idem eſt creditum: vn̄ ⁊ Paulus enumeraris multis ſanctis teſtamenti veteris ad Heb. xj. in fine ſic ait. Et hi oēs teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem: deo ꝓ nobis melius aliquid prouidente: vt non ſine nobis conſumarentur. Et Judas in canonica. j. c. Qm̄ Jeſus populum de terra Egypti ſaluans: ſecundo eos qui non crediderunt perdidit. Sed quantū ad myſterium incarnationis ⁊ noſtre redemptionis: patres qui preceſſerunt aduentuz chriſti in carne credebāt futurum: nos aūt credimus eſſe factum: ⁊ ꝓꝑ hoc dicit apoſtolus in authorem fidei: quantum ad illos qui ſunt in nouo teſtamento: quantuz vero ad illos qui fuerunt in veteri teſtamento: dicit conſummatorem Jeſum: qui conſummauit oēs figuras veteris teſtamenti: adimplendo veritatē in ſemetipſo. Erat enim ſtatus teſtamenti veteris habens vmbram futurorum bonoꝝ: non ipſam imaginem rerum: ideſt veritatem. j. ad Cor. x. ibi. patres noſtri ſub nube fuerunt: de conſe. di. ij. re vera: ꝓꝑ hoc Joan. xix. dicitur. conſummatum eſt: ideſt oīa figuralia ⁊ prophetica ſunt verificata: ⁊ eoꝝ veritas per me adimpleta. Vn̄ ſuper verbo predicto: conſummatū eſt. Aug. Quid niſi quod prophetia tanto ante predixerat: Item glo. ibi. oīa que oportebat fieri ante ꝗ̄ acciperet acetum: ⁊ traderet ſpūm vt etiam hec ſciptura conſummaretur. In ſiti mea potauerūt me aceto. ps. lxxxvj. Unde ⁊ ipſe dicitur lapis angularis. Mat. xxj. ibi. lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factꝰ eſt in caput anguli.

Lapis angularis.

Ubi Chryſ. Lapidem aūt chriſtum vocat. edificatores aūt doctores iudeoꝝ: q chriſtum reprobauerunt, dicentes. Hic non eſt a deo. Itē ibi Rabanus. Sed illis nolentibus idem lapis caput anguli firmauit. Ephe. ij. quia de vtroq̄ populo quotquot ipſe voluit ſua fide coniunxit. Itē Hilariꝰ eſt enim caput anguli factus: q̄ꝛ eſt inter legem atq̄ gentes lateris vtriuſq̄ coniunctio ⁊ j. Pet. ij. ibi. ad quem accedentes lapidem viuum ⁊c. ibi etiam. Ecce ponam in Syon lapidem ſummuz angularē electum precioſum. ⁊ Ephe. ij. Ipſe eniz eſt pax noſtra: qui fecit vtraq̄ vnum. ⁊ ibi poſt. Ipſo ſummo angulari lapide chriſto Jeſu. Omnia enim opera patruz veteris teſtamenti que ex fide procedebant. figura erant. ſicut dicitur. j. ad Cor. x. Omnia in figura contingebant illis: ⁊ Oſee. xij. dicitur. In manibus ꝓphetatum aſſimilatus ſum: ideſt in operibus ⁊ verbis figuratiuis expreſſus.

Caput eccleſie chriſtus.

Dicitur etiam ipſe chriſtus caput eccleſie que incepit ab Abel iuſto: vt dictū eſt, vſq̄ ad vltimum iuſtum: qui erit in fine mundi: ſicut dicitur ad Col. j. Oīa per ipſum: ⁊ in ipſo creata ſunt: ⁊ ipſe eſt ante oēs: ⁊ omnia in ipſo conſtant: ⁊ ipſe eſt caput corporis eccleſie. dicit glo. Quum eccleſia ab Abel ceperit qm̄ eſt chriſtus caput eoꝝ qui tunc fuerunt: bene: q̄ꝛ ipſe principium eccleſie eſt ſm̄ diuinitatem: ideſt fundator eccleſie: q̄ꝛ oēs iuſtos q ab Abel vſq̄ ad vltimum iuſtum generantur. virtute diuinitatis ⁊ miſericordie ſue dono illuminauit Secundum etiam humanitatem etiam poteſt dici principiuz eccleſie: q̄ꝛ ſuper fidem humanitatis eiꝰ

UNED

fundata eſt eccleſia. Et bene ipſe eſt caput ⁊ principium.i. rector ⁊ fundator: qꝛ ipſe eſt primogenitus ex mortuis: ideſt primus mortuoꝝ ab immortalitate reſurgens: ſicut etiã exponitur primogenitus mortuoꝝ. Apoc.j. ſicut eniꝫ natus eſt ante omnia de deo vt omnia crearet: ſic iterum de vergine natus eſt homo: qui primo a mortuis reſurrexit: vt omnia qui creauerat: reſtauraret: vt ſit ſemper primus ⁊ princeps. Unde ſubdit ibi apoſtolus. Col.j. vt per hoc ſit in omnibus tam prioribus q̃ ſequentibus tenens primatum ideſt dominium: qꝛ poteſt alios ſuſcitare. Caput eſt etiam ipſe chriſtus: qꝛ vna perſona eſt deꝰ ⁊ homo.ſ. dñs Jeſus chriſtus. xxiij. diſt. qui eps: extra de ſum. trini. c.j. extra de hereti. cũ chriſtus. Oĩa etiam ſacramenta in patrum antiquoꝝ operibus figurata ſunt. Unde.j. ad Cor.x. Et oẽs mare tranſierunt: ⁊ omnes in Moyſe baptizati ſunt ⁊ in nube: ⁊ in mari ⁊c. de conſe. di.ij. re vera: ⁊ melius de conſ. di.iiij. nec quemq̃: futuram vero glorificationem in futura reſurrectione ipſi patres veteris teſtamenti expectauerunt, ⁊ nos expectamus. Job dicẽte Job xix. Credo ꝙ redemptor meus viuit: ⁊ Heb.xi. Deo pro nobis melius aliquid prouidente vt non ſine nobis conſummarentur. Ex dictis concludi poteſt ꝙ qui eccleſiam negaret non eſſe vnaꝫ ab ipſo Abel vſqꝫ ad vltimum iuſtum: qui erit in fine mundi: conſequenter negaret chriſtum non eſſe caput eccleſie: nec eſſe lapidem angularem: qui fecit vtraqꝫ vnum: ⁊ impinget in capitulum fidei, Unam ſantam catholicam ⁊ apoſtolicam eccleſiam. Sic eniꝫ nos docuit dñus noſter Jeſus chriſtus ⁊ ſancti apoſtoli ⁊ doctores. Si ergo ponamus initium regni a dño Jeſu chriſto: qui eſt rex regum: ⁊ dñs dominantium: ⁊ princeps regum terre. Apoca.j. xvij. ⁊. xix ca. ⁊.j. ad Timo.vj. quem ſuis temporibus oſtendet dñs: ⁊ ſolus potens: rex regum: ⁊ dñs dñantium ⁊c. ſicut ipſe eſt ante eccleſiaꝫ: ⁊ caput ⁊ fundamentuꝫ eccleſie: ita ⁊ regnum eius eſt ante eccleſiam: ⁊ ipſa eccleſia regnum eius: ⁊ ab eo omne regnũ ⁊ poteſtas. Prouer.viij. per me reges regnant. xxiij. q.iiij. queſitum ⁊ Dan.iiij. ibi. Donec cognoſcant viuentes qm̃ dominatur excelſus in regno hoium: ⁊ cuicũqꝫ voluerit dabit illud, ⁊ humillimum hominem conſtituet ſuper illud. Et qꝛ perſona chriſti vna eſt in duabus naturis: quod in ſcripturis legitur de perſona filij dei totuꝫ vere aſſeritur de ipſo deo ⁊ homine. Unde Joan.viij. Ante q̃ Abraam fieret ego ſum. Et ꝙ eccleſia patrum antiquoꝝ ⁊ iſta vna ſit. ⁊ vnuꝫ caput eius chriſtus: facit quod dicit Pet. Act.xv. ibi. Sed per gratiam dñi noſtri Jeſu chriſti credimus ſaluari: quemadmoduꝫ ⁊ illi premiſerat enim nunc ergo quid tentatis deum imponere iugum ſuper ceruicẽ diſcipuloꝝ quod neqꝫ nos neqꝫ patres noſtri portare potuimus?

Regni tẽporalis exordium.

De regno terreno ſi loquimur: ⁊ qñ habuit ortum: dicimus ẜm hiſtoriographos ꝙ ab Abel vſqꝫ ad diluuium: fuerunt completi mille quingenti centum quinquagintaſex anni: in quibus nullus homo habuit dominium ſuper hoies. xxxv. di. ſexto. Niſi vir ſuper vxorem propriam. xxxiij. qõ.ij. placuit. ⁊. q.v. ſatis. xxiij. q.iiij. duo iſta. quamq̃ etiã tunc potentes a ſeculo viri famoſi dicerentur: vt dicitur Gen.vj. tñ nullus legitur regnaſſe. Regnuꝫ vero hoium incepit ſicut.ſ. dixi poſt prin. iſtius operis. xxxvj. c.xlj. verſi. poſt diluuium a Nemroth: qui fuit de genere Canaã qui fuit addictus ſeruituti. Gen.ix. maledictus puer Canaã: ſeruus ſeruoꝝ erat fratribꝰ ſuis. xxxv. di. ſexto.j. q.iiij. §. his ita: verſi. iteꝫ Cham. cuius nepos fuit Nemroth: ipſe eniꝫ fuit interfector hoium ⁊ oppreſſor ⁊ per iſtum modum fecit ſe regẽ Gen.x. Unde dicitur ibi ꝙ erat robuſtus venator coram dño. gl. ideſt interfector ⁊ oppreſſor ⁊ extinctor quos allexit ad edificandam turrim, vt contra deũ conſtitueretur. vj. di. §. ſi. Qui Nemroth ẜm Joſephum noua regni cupiditate tyrannidem exercuit: ⁊ fuit author edificande turris que tangeret celum. Gen.x. Fuit aũt principium regni eius Babylon ⁊ Arach: ⁊ Archat: ⁊ Chalãne in terra Sennaar. vt preal.c.x. dicit. De terra illa egreſſus eſt Aſſur: ⁊ edificauit Niniuem: ⁊ Chale: que eſt ciuitas magna: vt dicitur ibi. Et ita regna mundi inceperunt a Babylonia ⁊ Niniue: per oppreſſiones hoium ⁊ violentias: ⁊ ſic profecerunt regna in terra: ſicut apparet tẽpore Abrae. Gen.xiiij. vbi dicitur. Factum eſt aũt in illo tempore. vt Amraphel rex Sennaar ⁊c. vbi apparet ꝙ qui potentior erat viribus ⁊ alios poterat opprimere: eis dominabatur. Ab his aũt ortuꝫ habuit idololatria: ſicut habetur. Sap.xiiij. Deinde interuenienti tempore conualeſcente iniqua conſuetudine: hic error tamq̃ lex cuſtoditus eſt, ⁊ tyrannorũ imperio colebantur figmenta ⁊c. ⁊ infra: qm̃ aut affectui: aut regibus deſeruientes homines: incommunicabile nomen lapidibꝰ ⁊ lignis impoſuerũt ⁊c. vnde recte conſiderantibus: oĩa regna magna mundi profecerunt in dominium: per oppreſſiones: violentias: ⁊ inuaſiones alioꝝ. Sic enim regnuꝫ Chaldeorum ⁊ aſſyrioꝝ profecit in monarchiam. Sic regnum Medoꝝ ⁊ Perſarum per viam bellicã profecit in monarchiam: ſicut apparet Judith.j. ⁊.ij. c. Sic etiam regnuꝫ Grecoꝝ in Alexandro.j. Mach.j. Similiter via bellica: occiſione multarum gentiũ ⁊ oppreſſione: profecit monarchia Romanoꝝ: vt habetur.j. Machab.viij. per totum: Et quãdiu non regnauit inter eos ambitio: profecerunt: vt habet ibi. Et qñ ambitio dominandi ſuccreuit inter eos: habuerunt bella ciuilia. Unde ⁊ regnum Romanoꝝ a latrunculis congregatis incepit: vt narrat eoꝝ hiſtoria. Sic etiam profecerunt regna Ptolomeorũ: Syrorum: ⁊ Egyptioꝝ.j. Machab.

Sordida regni tẽporalis initia.

Deus aũt omnipotens qui malas hoium voluntates ⁊ demonuꝫ conuertit in bonum. ẜm Aug. vt.ſ. dixi. xxxvj. c. ver. ⁊ ſi dicatur: omnia regna ordinauit ad profectũ virtutum: ⁊ exterminationem vitiorum: quia humanũ genus erat per idololatriam deformatum: ſicut dicitur Sap.xiiij. Initium enim fornicationis: ideſt omnium vitioꝝ eſt exquiſitio idoloꝝ: ⁊ adinuentio illorum, corruptio vite eſt. ⁊ infra. Infandorum enim idoloꝝ cultus omnis mali cauſa eſt: ⁊ initium ⁊ finis. Quod aũt in correctionem vitioꝝ ⁊ laudẽ bonoꝝ regna ⁊ dñia ſit a deo inſtituta: patet.j. Pet.ij. Subiecti eſtote: extra de maio. ⁊ obe. ſolite: omni humane creature pp deum: ſiue regi quaſi precellenti: ſiue ducibus tamq̃ ab eo miſſis ad vindictam malefactoꝝ, laudem vero bonoꝝ. Unde ⁊ per malos deus punit malos. Eſa.x. Ue aſſur. Uirga furoris mei ⁊ baculus ipſe eſt. In manu eius indignatio mea. xxiij. q.v. §. hinc notandum. ⁊ Roma.xiij. Oĩs anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt poteſtas niſi a deo: que aũt ſunt a deo: ordinata ſunt: extra de cenſi. oĩs anima. xxiij. q.j. quid culpat xxiij. q.ij. mouet te. vltra medium ibi. Sicut Joſeph qui per Pharaonem iurando hoc in eo veneratus eſt qꝺ dei iudicio poſitus erat in infimis (ads Me-

phis,